UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

**Durantis, Guilelmus**

**Avgvstae Tavrinorvm, 1578**

Actore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96846

Visual Library

a in ſumma de off deleg.§. quando [a] debet. quòd delegatus poteſt
cogere recuſantem, vt coram ordinario excommunicationem
probet:argu.ext.de off.ordi.ca.ſignificauit.& C.de iudi.l.fin. Aut
cum aduerſario arbitros eligat: qui primo de excommunicatio-
ne cognoſcant: & ſecundo de cauſa ſuſpicionis:& ſibi ad hoc fa-
ciendum terminum præfigere, intra quem niſi fecerit, electio ad
aduerſarium deuoluatur.arg.ff.de leg.2. ſtatuliberum.§. Stichum.
Vel ſi id renuat, poterit contra eum tanquam contra contuma-
cem procedere.arg.in prædic,c.ſuſpicionis.& vide verſic. quid ſi
36 reus proponit.infra,de except.§.2.verſicul.ſed ſi hoc. †¶Quid ſi
vnus ex tribus delegatis datis cum clauſula, quòd ſi non omnes,
&c recuſatur vt ſuſpectus.Dicit dom.meus, ꝙ coniudices non ſu
ſpecti de hoc cognoſcent: & ex vi clauſulæ habent hanc poteſta-
tem:argu.extr.de off.deleg.cum ſuper abbatia.non ergo tunc ar-
b bitri eligentur.[b] Item nec eligentur, cum ſubdelegatus à delega-
to recuſatur:quia hoc coram ipſo probabitur delegato, vt dixi ſu
c pra, eodem §.recuſari.in fi. [c] Sed pone, aliquis conqueſtus eſt pa-
pæ, quod epiſcopus ſuus eum iniuſte excommunicauit. Vnde pa
pa mandat illi epiſcopo, vt ſi eſt ita, reuocet illud: alioquin man-
dat aliquibus, vt illud reuocent:arg.ext.de reſcri.c. ab excommu-
nicato. quæritur an epiſcopus poterit illos recuſare? Videtur ꝙ
non, niſi mandatum excedant: cum certum quid ſit eis manda-
d tum, vt ext de appell.nouit. Vincen.contrà.[d] Non enim ſunt exe
cutores:imo cognitores ſuper intereſſe, & alijs, vt in præd. capit.
ab excommunicato. Item pone, quod unus ex duobus arbitris ele
ctis ad cognoſcendum de cauſa ſuſpicionis obijcit.dicit dominus
mus meus epiſcopum aſſociandum, vt not. extr. de reſcript. di-
e ſpendia § fina. [e] Item no. quod vbi cauſa committitur epiſcopo
f & alijs, [f] ſufficit recuſare epiſcopum ad hoc, ut alij non proce-
dant, ut extr.de offic.deleg.capitu.fin.§.idem quoque.& nota ſe
37 cundum Vincen.extr. vt lite non conteſta. accedens. 2. †¶Hoc
etiam nota, quod in notorijs non eſt locus recuſationi, vt extra,
g de appel.propoſuit.ſicut nec appellationi, vt eod. tit. peruenit.[g]
argumen. contra 3. quæſt. 5. quia ſuſpecti. Sed illud de manifeſtis,
& non notorijs. Vel dic, quod in notoriis poteſt iudex recuſari:
quia licet factum notorium ſit, æſtimatio tamen eſt dubia: & in
multis poteſt grauare litigatorem. Secus vbi forte factum noto-
rium eſt, pro quo certa pœna à lege ſtatuta eſt, ſecundum Vin-
h cen.[h] In ſumma not.quod cum agitur de turpitudine, ſiue de con
ditione iudicis delegati, & cauſa illa agitur corã arbitro uel alio:
iudex recuſatus debet iurare de veritate ſuper his coram illo, ſe-
cundum quoſdam.argum.de hoc C.de eden. is autem.in Authẽ.
de teſtib §.1. extr. de appel. cum ſpeciali.§. porro. Sed certe hoc
i non ſeruatur, [i] nec videtur fieri debere: quia non debet ſe prode-
re, vt infra, in titu.de poſit §.2.7.uerſicu.19. Et quia quamdiu hoc
pendet, pro iudice eſt habendus, ut ſupra, verſicu. quid ſi de recu
ſatione. unde iurare non debet: & quia de hoc incidenter agitur:
ſecus forte, ſi principaliter contra eum ageretur. C. de iudi.quo
k ties [k] extr.de appel interpoſita in fin.& iunge hic quod not.j. de
l excep.§.uiſo.uerſi.fac à [l]gitur [l].

## ADDITIONES.

a Quando. ¶ Vltim.verſi.ubi plenius quam hic.
b Eligentur. ¶ Et ſic eſt approbatum de offi.deleg. ſi contra vnum.li. 6.& vbi id no. Hoſti.ibi no.in 1.gl.
c In fin. ¶ Vide quod ibi dixi.
d Vincent.contra. ¶ Et Compoſt.vt ibi ſcripſi ſuper fin. vltimæ gloſſæ.
e §. fi. ¶ Non recedit ibi in hoc Hoſt. ſed addit alium ſociandum vel ſubrogandum, ut in Decr.cauſam quæ.2. de iudi.& de offic.deleg. cauſam quæ.interponebat, ꝙ poterat alius impetrari facta mẽtione de proceſſu. de re.iur. inter.& ſcias ꝙ in his uerbis Hoſt.reſpectum habuit ad opin. ſuam, quæ habet arbitros debere cognoſcere de principali iudice pronunciato ſuſpecto: quæ non placet, vt dixi in prin.huius §.Dic ergo vt ſ. ver.ſed quid ſi morit.
f Aliis ¶ Cum clauſula, quod ſi non omnes, tu frater epiſcope.aliàs nil in epiſcopo ſpeciale.
g Peruenit. ¶ Et c.conſuluit.1. & tene quod ibi dixi. ¶ Adde plene in c. cum ſpeciali.§.porro.ext.de app.per epiſcopum Alex.
h Secundum.Vin. ¶ Qui hoc not.in præ.Decr. propoſuit. ſed de hoc plenius quàm hic, uide Inno ſuper c.cum ſpeciali.in gloſſ.argue ultra medium.
i Seruatur. ¶ Secundum Vber.de Bob.ubi de aduocato rei.verſi. ſecundum unum.char m hi 9.
k Quoties. ¶ Subdit Vber.eſt tamen contra iudicem in Authen.de teſtib.§.j.
l Igitur. ¶ Et uide quod not. de excep.c.1.in gl.ex eo quod.

### ¶Bald.de Recuſatione.

ETIAM Coram arbitris iuris, qui eliguntur ex neceſſitate inducta per legem, non habet locum reconuentio:quod eſt notabile. G. Nec coram eis poteſt proponi cauſa, quæ non eſt coram iudice allegata, ut §. qualiter autem.uerſi.item ꝙ ſi unam. G quod not. pro arbitris ſtatuti communis Peruſi, ſecundum Gul.& non ob.ſ.de app.l.ſcio quia iudex appellationis eſt iudex totius cauſæ generalis, ut l.per hanc.C.de temp.appel.uide ſupra.de arbit. §. ſed an arbiter. Si in cauſa ſuſpicionis arbitri ſunt diſcordes, eligitur tertius.non autem deuoluitur ad ſuperiorem, licet ſint delegati uerſi. item quod ſi duo. G.

# Incipit Partic.II.

## ¶De Actore.[a] Rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Actor in cauſarum diſcuſſionibus ſemper, & in cunctis prior habetur.*
*Excipitur contra actorem de ætate.*
2 *Sententia in curatorem lata pro pupillo maiore 14. annis, & minore 25. ualet:contra eum autem non.*
*Pupillo permittitur ſe deferre.*
3 *Pupillus petens alimenta à tutore, an poſſit habere curatorem.*
4 *Actor dictus minor habet ſe maiorem probare.*
5 *Probatio ætatis ex aſpectu iudicari poteſt á iudice, ubi negatiue ab utraque parte probatur.*
6 *Minorem ſeipſum dicens, ſi à iudice petat curatorem, an obijci poſſit contra curatorem*
7 *Pupillus ſi agat ſine curatore, licet poſtea appareat minor:ualet tamẽ ſententia pro eo lata, ſed non contrà.*
8 *Pupillo actori an poſſit iudex deferre iuramẽtum ad ſe minorem probãdũ.*
9 *Minor ſi ſit in iudicio ſine curatoris authoritate, quia forte non habet, uel ſi habet, non dat authoritatem, quid iuris.*
10 *Minor uolens fideiuſſores dare, uel iurare ſe ratum habiturum, an ualebit quod cum eo agetur.*
11 *Opponi poteſt contra actorem, quòd ſit prodigus, demens, ſurdus, mutus, fatuus vel orphanus.*
12 *Maſculo luxurioſo an dabitur curator.*
13 *Opponi poteſt actori in quacunque parte litis, quòd eſt excommunicatus.*
*Excommunicatio minor non repellit ab agendo.*
14 *Opponitur contra actorem, quòd deportatus eſt, qui non agit, nec ſuo nomine conuenitur.*
15 *Infamis & à communione fidelium ſeparatus, agere non poteſt.*
16 *Actori opponitur, quòd eſt periurus ſuper re, quam petit, aut quòd eam renunciauit.*
17 *Frangenti fidem fides frangatur eidem.*
*Seruus non poteſt pro ſe, uel pro alio agere in ciuili aut criminali cauſa.*
18 *Excommunicatus qui non conuenit, ſed cõuenitur, ſimilis eſt ſeruo, qui non accuſat, ſed accuſatur.*
19 *Contumax uel inobediens iudici, debet ei ſatisfacere quem contempſit.*
20 *Filiusfamilias non poteſt agere contra patrem, uel contra eum, in cuius eſt poteſtate.*
21 *Edictum de in ius uocando an locum habeat in caſu quo diſcipulus magiſtrum, uel iuuenis ſenem, ſine uenia in ius uocat.*
*Pater an & quando contra filium poßit agere.*
22 *Iudicium nullum eſt, ubi filiusfamilias etiam maior agit, aut conuenitur ſine patris conſenſu.*
23 *Peculium quomodo diuiditur, aut ſubdiuiditur, & quid ubi filiusfamilias agit de peculio.*
*Peculium caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe, quid.*
24 *Filiusfamilias minor 25 annis, uolens agere de peculio caſtrenſi, an habere debeat curatorem.*
*Aduentitium dicitur, quod ex materna ſucceſſione, uel alia iuſta cauſa prouenit.*
25 *Profectitium eſt quod filiusfamilias de rebus patris acquirit, ſeu quod ex eis prouenit.*
26 *Filiofamilias in dubio quæſita, an profectitia præſumantur, an aduentitia.*
27 *Filius pupillus obligari non poteſt, etiam patris conſenſu.*
28 *Pater an in delictis ciuilibus, aut criminalibus cogatur defendere filium.*
29 *Pater agere poteſt cum filio ubi filij cauſa patri alias competit.*
*Patris conſenſus non eſt in caſtrenſi, uel quaſi, neceſſarius.*
30 *Pater nolens conſentire filio in caſu quo eius conſenſus neceſſarius eſt, poteſt cogi per iudicem, etiam captis pignoribus.*
31 *Pater an per epiſtolam uel nuncium, ſi abſens ſit, poterit filio agenti conſentire.*
32 *Patrem uocari non eſt neceſſe in cauſa filij, ubi conuenitur filius ex cauſa caſtrenſi.*
33 *Filiusfamilias debet conueniri ſuo nomine, ubi agitur de aduentitio peculio, in quo pater nihil habet.*
34 *Filiusfamilias an egeat patris conſenſu, ubi procuratorio nomine pro alio agitur?*
35 *Filiusfamilias ſi contra patrem agat, habebit curatorem, cuius officium lite finita ceſſabit.*
36 *Præceptum filiofamilias factum ſine patris conſenſu an teneat.*
37 *Liteconteſtata cum filiofamilias ſine conſenſu patris, an pater cogetur cõſentire?*
38 *Lis non legitime conteſtata habetur pro non facta.*
39 *Filiusfamilias an poßit facere pacem de morte patris: & quomodo poßit obligari ſine patris conſenſu?*
40 *Patris conſenſus generalis, uel mandatũ generale factũ filio, ut agat, uel ſe defendat in omnibus, & contra quemlibet, uidetur ſufficere ad agẽdũ.*
41 *Tutor debet in qualibet parte litis pupillo authoritatem præſtare, ſic & pater filio conſenſum.*

*42 Lex,*

*42 Lex,cum non ſolum,eſt ad fauorem filijfamilias inducta:& ideo poteſt illi renunciare.*
*43 Filiusfamilias ſi litem conteſtatus eſt parte præſente; aduerſarius autem ignorans eum patrem habere,nihil opponit quid iuris?*
*44 Exceptio de non habente patris conſenſum,quando poſſit opponi.*
*45 Filiusfamilias an ſine patris conſenſu poſſit eſſe in iudicio in illis caſibus, in quibus poteſt minor ſine tutore uel curatore.*
*46 Pater in rebus filio quęſitis poteſt per ſe,vel per procuratorem agere.*
*47 Patris conſenſus an ſit neceſſarius in vendicatione rerum à clerico acquiſitarum.*
*48 Excipi poteſt contra actorem ſi eſt monachus,uel canonicus regularis,uel alterius obedientiæ ſuppoſitus, vnde non poteſt nomine ſuo agere.&c.*
*49 Abbates,Priores,vel alij quibus adminiſtratio conceſſa eſt,poſſunt agere.*
*50 Monachi qui de abbatis licentia ſunt in ſtudio,quo pacto poſſunt agere, accuſare,aut ſeipſos defendere.*
*51 Monachus ſpoliatus,an poſſit petere reſtitutionem.*
*52 Abbas an poſſit monachum licentiare, vt poſſeſſionum alicuius villæ adminiſtrationem habeat,aut pro illis agat.*
*53 Exceptio fieri poteſt contra fideiuſſorem agentem,vt à fideiuſſione liberetur,quod non poteſt agere prius quam ſoluat.*
*54 Litem alienam volens agere,poteſt repelli,vbi alius eſt ei præferendus.*
*55 Turpitudinem ſuam uel ignauiam allegans repelli debet a iudicio ſeu actione.*
*Caſus in quibus poteſt quis ſibi propria auctoritate ius dicere.*
*56 Dominus poteſt ſua propria authoritate colonum non ſoluentem penſionem tempore ſtatuto eijcere.*
*57 Spoliatus poteſt incontinenti bello continuato ſpoliatorem deijcere.*
*58 Incendio imminente poteſt quis domum vicini propria authoritate deſtruere.*
*59 Animal in ſegete inuentum poteſt capi, & retineri, donec de damno ſatis fiat.*
*60 Excipitur contra locatorem,uel commodatorem,ſi antę vſum completum rem locatam petat.*
*61 Creditor volens conuenire mandatorem,vel fideiuſſorem,repellendus eſt, niſi prius principalem excuſſerit debitorem.*
*62 Iauſtris perſona non poteſt per ſe agere,ſed per procuratorem.*
*63 Tutor aut curator prohibentur ſuo nomine,vel ſuo & pupilli ſimul actione tutelæ contra tutorem & curatorem experiri.*
*64 Rector eccleſiæ poteſt poſt dimiſſam eccleſiam repetere fructus ſibi tempore regiminis ſubtractos.*
*65 Excipitur contra volentem agere actione furti,uel iniuriarum, quod pacto, vel alias remiſſa eſt actio: vel quod innocens eſt criminis obiecti.*
*66 Excipi poteſt contra actorem de compenſatione,quæ ſit liquida,& non multis ambagibus inuoluta.*
*67 Repellitur ab actione,qui cauſam non exprimit in libello.*
*68 Deiectus a poſſeſſione fundi uel domus, & proponens pro vna parte fundi interdictum vnde vi:& pro alia actionem triticariam contra deiectorẽ, an ſit admittendus.*
*69 Pater ſi coram iudice filio,vel econtra,experiatur,an teneatur.*
*70 Repellendus eſt actor petens cauſæ reſtitutionem coram eo, qui tribunali non præeſt.*
*71 Filia non eſt in repetitione dotis audiẽda ſine patris conſenſu,nec ecõuerſo.*
*Caſus plures & ſpeciales,in quibus quis ab actione repellitur.*
*72 Agentes nomine alieno tenentur docere ſe legitime ordinatos, antequam admittantur.& nu.74.*
*Actor ignotus,antequam admittatur,debet ſe talem probare.*
*73 Exceptiones quæ ſint,intentionem agentis,ſi probatæ ſint,perimentes.*
*75 Clericus eccleſiæ agens vel defendendus eccleſiam, debet primò docere de legitimo mandato.*
*76 Obijci poteſt prælato agenti, quòd non habet ſui capituli conſenſum, uel econtra.*
*77 Epiſcopi,abbates,& alij prælati,omnesque perſonæ legitimam adminiſtrationem habentes,poſſunt agere & conueniri ſine alterius conſenſu.*
*78 Capitulum an poſſit agere ſine prælati conſenſu.*
*79 Clericis eccleſiarum conuentualium, aut ſacerdotibus capellarum, an ſit neceſſarius epiſcopi conſenſus.*
*80 Agere & conueniri poſſunt ſine alterius conſenſu, quicunque habent de conſuetudine,uel ex conſtitutione ab epiſc.uel alio iudice ordinario adminiſtrationem.*
*81 Monachus agere poteſt pro dignitate & officio,uel obedientia.*
*82 Canonicus ſecularis agere poteſt nomine ſui beneficij,uel præbendæ, cuius habet adminiſtrationem.*
*83 Actor excipere poteſt,quòd non cogitur inuitus agere vel accuſare.*

1.§.Expedito Tractatu de Iudicib. ſupereſt vt de aliis pſonis in iudicio neceſſariis videamus.
1 †Et primò,de his qui ſuo nomine agunt,vel accuſant:vnde prius
videndum occurrit de Actore,quàm de Reo.Nam actor in cau-
ſarum diſcuſſionibus prior in cunctis habetur. ipſe enim cauſam
nititur ampliare,vt 4.quæſt.4.c.1.& in iure præponitur:vt extra,
de verb.ſig forus § in omni.& naturali conſideratione paſſionẽ
actio præcedit, & reſponſionem petitio. Videamus igitur quis
poſſit agere. Et quidem omnis qui non prohibetur.Simile. ff. de
proc.mutus.ext.de ſpon.cum locum. Viſo ergo qui non poſſunt
agere,ſciemus per conſequens qui poſſunt:quia viſo vno contra-
riorum,videtur & reliquum.ff.de his qui ſui vel alien.iu.ſunt.l.1.
88.diſtinctio. eijciens. palea eſt. Supponamus ergo quæ poſſunt
excipi contra eum. Et quidem excipitur contra actorem de æta-
te.Super quo dic,ꝙ aut eſt minor.14.aut maior.Si minor excipi-
tur contra eum, ꝙ eſt pupillus. vel infans, qui non poteſt agere,
vel accuſare,vel conuenire:ſed tutor eius.C.qui legit.perſ.ſtan.in
iu.ha.l.1.& 2.ff.de adminiſt.tuto.l.1.C.de autho.præſta.l clarum.
ext.de appella ex parte.& iunge quod eſt ſ.in tit.de arbi.§. reſtat.
ver.ſeruus.& ſequen.& j.de primo & ſecundo Decr.§. reſtat.&
ver.ſed pone ꝙ pupilli. Admittitur tamen in caſibus, qui non in
figura iudicii intentantur,vt in bonorum poſſeſſione petenda C.
qui admi.ad bonorum poſſeſ.l.bonorum quidem.& l.1.C.de iu-
re deli.ſi infanti.in fi.& in interdicto de libero homine exhi. ff. de
li.ho.exhi.l.3.§.ſed & ſi mulier. Et in populari actione,ſi commo
dum ſpectet ad pupillum.ff.de popul.act.l multi.& in delatione.
Nam pupillo permittitur ſe deferre ex quibus cauſis non capit.ff.
de iure fiſ.l ait diuus.in fine. & in iudicio momentaneæ poſſeſſio-
nis,quod poteſt per quamlibet perſonam exerceri.C.qui legi.per
b ſo.ſtan.in iudi.ha.l.fi.[b] C.ſi per vim,uel alio modo.l.1.qđ Bar.in-
telligit in ꝓximo pubertati,qui omne negotiũ rectè agit.Inſt.de
inuti.ſtip.§.pupillo.Secus,ſecũdum eum,in infante vel proximo
infantiæ,qui nullo modo poteſt eſſe in iudicio:tamẽ ſententia la
ta tenet,ſecundũ Vber.ne litigantes principis auctoritate decipiã
c tur.C.de his qui ve.æta. impetra.l.1.[c] Sed nunquid tunc poteſt iu-
rare?

ADDITIONES.

a Sciendum eſt,ꝙ Summiſtæ Azo, Goff.& Hoſt.huius ti.materiam tractauerunt ſuper ti.de iudiciis per hunc modum dicendo,ꝙ iudiciũ eſt legitimus actus trium.perſonarum,iudicis,actoris,& rei;tractant de his tribus.Et primò de iudicib. quomodo ſunt multæ perſonę, ex quibus vt iudicibus non poteſt conſtare iudicium,& de his vidimus,vt dicit hic auctor in prin.Sunt etiam multæ,ex quibus,vt actoribus, & reis conſtare non poteſt: & de his in hac rub.& ſeq.Azo igitur de actore primò, & ſtatim poſt de reo tractauit ipſe.T.poſt prin.ver.in perſona verò agentis,& demum in ti.qui legit.perſo.habent ſtan.in iudicio.& ibi incipit à minore, vt hic auctor.Goffr. idem de iud. ver.item ex defectu actoris.Hoſt.e.tit.§.3.ver. item attendenda eſt. Bagarotus pag.1.lib.6. ver.nunc de ciuilibus pulchrius, ſed non tam bene tractauit.Et miror,ꝙ auctor ipſum non fuit in diuiſione ſecutus, ex quo eũ vidit.quem alleg.j.ver.ſed quid ſi dubitatur,&c.ver.item illuſtris. ꝑ quod ſuſpicor, ꝙ ipſum viderit poſt hanc materiam ordinatam. Dixit enim ampliando verba Azonis;qui aliquid tetigerat in prę. titul. de iudic. quod in ciuilibus agens ſolo nomine repellitur. Primò,ratione ſui. Secundò ratione aduerſarii. Tertiò, ratione iudicis. Quartò,ratione cauſæ. Quinto,,conſideratione ſui & aduerſarii. Sextò, ratione ſui & iudicis. Septimò, ratione iudicis & aduerſarii. Octauò, ratione iudicis & cauſæ. Nono,ratione cauſæ & aduerſarii. Decimò,ratione modi vel ordinis. Vndecimò, ratione loci.Duodecimò,ratione tẽporis. Peroptimè hæc verba cõpetebant auctori,& de aliquib.præmiſsis ſe poterat expedire. Excuſari tñ poteſt:quia per illum modum complura ſæpius repeti oportebat:ne tamen in tanta prolixitate huius tituli,omnis partitio deſit,ipſum diuidam in tres partes:quia prima vſq; ibi:& quidem continuat tractatum ad ſuperiora & inferiora exprimens procedendi modum. Secundò ponit tractatum de cauſis,quæ repellunt agentem.Tertiò,in vlt.ver.concludit vtilitatem tractatus cum ſuaſionę ſalutifera. Pars ſecunda diuiditur in ſex partes. Prima de repulſione agẽtis propter ipſius ætatem proſequitur vſq; ad verſi. item opponitur ꝯ actorem.Secunda ponit.38.ver.diſperſarum cauſarum.ad id vſque ad ver.item quod eſt filius. Tertia de filioſam.agente ponit circa duas chartas,vſq; ad ver.item excipitur ꝯ actorem.Quarta vbi de religioſis tractat, vſq; ad ver.item excipitur ꝯ fideiuſſorẽ. Quinta ibi incipit,quę in 55.verſi. proſequitur alias cauſas diſperſas, & interſerit 19. caſus. quib. quis ius ſibi dicit,& tres quæſtiones,vſq; ad uerſiculum.item ꝯ prælatum. Ibi tractat de prælatis,adminiſtatorib.canonicis,uel clericis agentib.& caſum quo quis cogitur agere,uſque ad ult.uer.redeundo ad practicos.Roff.facit ſpeciales rubric. numero 18. de perſonis litigantium qui pro ſe agere poſſunt, uel non. & iſte in propoſito ſatis iuuit auctorem. Vber.de Bob.char.mihi.9.§.ex perſona actoris.in 7.col.uerſic.ſi ueniat.uſque ad §.ſed ſi ſub arbitro.qui incipit chart. mihi 12. & diſtinguit exceptiones iuris communis & priuilegiatas, quæ magis congruunt j.tit.prox,ut ibi dicam. Ioan.de Deo,in Cauil. lib.3, in prin.& circa medium li.ru.de eo qui uult agere. & ſequenti. Vber. de Bo. & plenè & pulchrè in ſua rubr.2.vel prima poſt prin.profecit auctori. Gui. de Suz. modicum ſub rub. de aduocato rei. Nepos de Monteal.rub.contra actorem.

b l.fin. ¶ Et hoc intelligunt ibi Accur.& Azo in Summ.Expedito tractatu de omni poſſeſſorio adipiſcendæ,recuperandæ,& retinendæ,& id intelligas in agendo,ut hic loquitur.Conuentus enim in his non habet legitimam perſonam ſine tutore,uel curatore:quia quod fauore,&c.quod etiam uidetur uelle G.in l.illa.ſed Cyn. apertius poſt Pe. & quod dixi de recuperanda. Non ob.lex.ſi quis in tantam. C.unde ui. cuius pœna non procedit ex interdicto poſſeſſorio,ut no.de cauſa poſſ.paſtoralis.in gl.ſed nunquid.

c l.1.¶ Datur tunc reſtitutio,ut plenè not.C.ſi de mom.poſſ.l.una.& per Azo. C.qui leg.perſo.in fi.

rare? Dic vt ỹ.de iura calum.§.reſtat. verſi.ſed nunquid, Præmiſſa
etiam vera ſunt in pupillo qui fari poteſt.ff.de admini.tuto.l.1. §.
ſufficit.& §.ſeq.ſiue intelligat quid agitur, ſiue non.ff.rem pupil.
ſal. for l.ſeruum. licet ſecus ſit in acquiſitione poſſeſſionis.ff.de
acquire. poſſeſſ.l.1.§.furioſis.& l.quamuis §.infans.C.de acqui-
a rend.poſſeſſio.donatarum.[a] † Si autem ſit maior.14. annis,& mi-
2 nor 25 non habens curatorē,eodem modo impeditur: quia ſen-
tentia pro eo ſine curatore lata valet,ſed contra eum non: vt di-
cam ỹ.verſic.porrò In ſpecialibus tamen caſibus,in quibus cēſe-
tur maior,poteſt agere vel accuſare ſine tutoris auctoritate: quos
habes no.ext.de reſtitut.ſpol.ex parte.& 15. quæſtione.3.de crimi
b ne.[b] verſic.pupilli.Idem etiam uidetur in omni crimine, ſi ſuam
ſuorumque iniuriam proſequatur:ut ff.de accu.qui accuſare.& l.
3 hi tamen.in princip.4.quæſt.viti.omnibus.† ¶ Quid ſi petat alimē
ta à tutore? Reſpond. ſi de facili poteſt habere curatorem,dan-
dus eſt:alias eum ſine curatore admitterem.C. de ali.pupil præſt.
l.1.quia hæc res dilationem non capit.arg.de hoc.ff.de re iudica.
c l 2. ff. de feriis.l.2. in princip.[c] Alias autem regulariter contra cū
excipitur de ætate, cum ſuo nomine in ciuili vel criminali cauſa
ſine curatore in iudicio agit.vt C. qui legit.perſon.l.1.& ff. de mi
norib.l.1.§. prętor,& in prędict. decretal.ex parte.& de in integ.
reſtitu.c.conſtitutus.C.de autho.præſtan.l.clarum. Niſi quia for-
te a ſuo debitore exigit.ff.eodem.l.ait prætor,§.ſecundo. uel a cu
ratoribus liberari petit, vt ff. eodem minor.25.annis.Idem etiam
extra iudicium, uel ſi velit adminiſtrare bona ſua:ut ff. eod l. pri-
ma.in fi.vel alienare.vt ff.de rebus eo.qui ſub tute.uel cura. ſunt.
4 l.1.vel ad honores admitti.ff.de muner.& hono.l.ad rem.† ¶ Si er
d go[d] excipis contra eum,qui ex aſpectu repræſentatur minor: di-
cas ſic,tu es minor.ff.de minori.l.minor.25.annis.2.& l.de ætate.
e Nam per hoc[d] ſatis probatur ætas,uel ſaltem trāſfertur in illum
onus probandi ſe maiorem.vt ibi,& ext.vt eccl.bene. c.unico. Si
verò dubiū eſt,quia ætas ſe habet ad utrunque,ſeu aſpectus,tunc
dicas ſic:nego,uel non credo te eſſe maiorem ff.de probationib.
f cum de ætate.[f] & ſic incumbit probatio actori.vt C de probatio
nibus.cum te. Ioann. nota. 88. diſtinctione.presbyter. quod ubi
dubitatur de ætate,actori incūbit probatio. Vnde ſi actor minor
g dicitur, ipſe probabit ſe maiorem: vt in præ.l cum te,[g] & C. de
in integ,reſtitutio.mi.l.ſi eum minorem.& in præ.l.minor. Si vero
reus dicitur minor, actor etiam hoc probet. C. qui & aduerſus
quos.l. 1. & in pręd.l.de ætate. Prius tamen dictum mihi placet.
Vel breuius dic,ſecundum Azo. quòd aut quis aſſerit ſe maiorē,
quia vult à tutoribus liberari,vel vult admitti ad agēdum, vel ac-
cuſandum tanquam maior:& tunc debet probare ſe maiorem,vt
in præd.l.minor 25.& l.de ætate. Idem eſt ſi dicit ſe minorem, ut
ipſe hoc probet,probando ſe minorem eſſe tempore contractus:
vt in præ.l ſi minorem.& in præ.l cum te.quia ex tranſcurſu tem
poris præſumitur eſſe maior, ſecundum Acc. extra, de proba in
h præſentia.[h] ff.de iureiu. nam poſtea.§.ſi maior. Aut negat ſe ma-
iorem:puta quia tutores volunt finire tutelam; dicentes eum pu-
berem eſſe factum, vt tunc eis incumbat probatio, ipſum pube-
i rem factum eſſe Io.de Deo dicit,[i] quod ſi quis dicit, Nō ſum mi
k nor:per conſequens dicit ſe maiorē.[k] vnde hoc ꝓbat.ff de prob.
ci. C. eodem actor. extra. de renun. ſuper hoc in fin De hoc no.
l in Summ.domini mei, de probat. §. & quot ſunt.[l] † ¶ Quid ſi
5 vterque negatiue probat? Dicit Acc.[m] quod forte præſumitur
m minor. ar. C. de probat. ſiue. Verius credo, quod iudex ex aſpe-
ctu iudicet probationem, prout uiderit expedire: argument. in
6 concord quæ ſunt infra. ver. proxim. in princip. † ¶ Porrò ſi is
qui minor eſſe dicitur, dicat: Peto curatorem, vel iudex ſibi det,
obiicias contra curatorem,ut infra.in titu.de curatore.dicemus.
ſed ſi velis eum probare minorem, tam in criminali, quam in ci-
uili cauſa,poteris, vt negotium differatur. C. qui legit.perſo.per
n totum.& in prædi. l. clarum. Si autem[n] non curas differre cau-
ſam: dicas, Domine iudex inſpice eum, ut C. quando tuto. uel
curato. eſſe deſi. indecoram. de pœn. diſtinctio. prima. capitulo
voluiſſet. verſicul. Moyſi quoque. ff. de fer.l. 1 §. ſane.ff. finium
reg.ſi irruptione,& in præ l. minor. Tamen vt oīa caute ꝓcedāt
in dubio, ſcilicet cum aſpectus ſe hēt ad vtrunq;,facias ꝓnūciari
eum minorem vel maiorem: ext. de elect.cum dilect.2. quæſtio.
6. capitul.ei qui.§. diffinitiua.ext. de ap.ſignificante. Vel facias ei
dari curatorem.ff.de exec. tu. ei qui. C. qui dari tu. vel cu.poſſ. l.
1. C. ſi aduerſus rem iudicat. cum & minores. ff. de re iu. acta.&
teneas quod certius, aliàs tutius eſt. extra de ſpon. iuuenis. ff. de
iudic. l.ſi quis intentione.de pœn. diſtinctio. 7. ſi quis poſitus. &
7 cap.qui ego. † ¶ Si enim ageret ſine curatore, & poſt appareret
eum fuiſſe minorem, valeret ſententia pro eo, ſed non contra eū.
C.de proc non eo minus.C.ſi aduer rem iu.l.pe.& fin. ff.de tu. &
cur.l.ſciendum.Inſtit.de auto.tut.& 1.quæſ 4.§.ſi prope fin.& in
pręd.l.cum & minores & argum.C.de leg.quod fauore.quod in-
o tellige de diffinitiua:ſecus ſecundum quoſdam[o] in interlocuto-
ria:vt ff.ex qui cau in poſ.ea apud Iul.§ fi.& l.in poſſeſſionem, §.
1. ideoque cum ætas eſt in dubio, forte ille ſcienter tecum litiga-
bit: vt retractentur præcedentia. & in ſequentibus iure minoris
admittatur.ff.de cur.ſu.obſeruare.ff.de tut.& cu.da.ab his.l.Sedi.
vnde iudex bene faciet, ſi faciat vtrunque probare. ne eius iuris
p cium ſit deluſorium.[p] † ¶ Sed nunquid iudex poteſt deferre illi iu-
8 ramentum, vt iuret ſe minorem? Credo[q] quod ſic:niſi pars alte-
q ra velit contrarium probare.ff de iudi.tam ex.ff. de pecu. licet. §.
penul.Sed & ſi ipſe offerat iuramentum, credo quod eſt audien-
dus:vt in pre.l.ſi tamen poſtea vellet cōtrarium probare, non au-
dietur, vt C.ſi aduer.ven. Authen.ſacramenta. C. ſi minor ſe ma.
dixerit.l.penul.quia non eſt veriſimile, quòd ſit immemor ſuæ ſa
lutis,vel quòd falſum iurauerit.1.q.7.ſancimus. C. de non nume.
pe.l.generaliter. ext. de probat. per tuas. niſi vellet probare tunc
ſe fuiſſe impuberem cum iurauit,vt in præd.auth. ſacramenta. &
r 22.q.vlt.paruuli & c.pueri.[r] Cum tutoris autem auctoritate po
teſt minor in iudicio adeſſe.C.de aucto.pręſt.l clarum.& ff.de ad-
miniſt.tuto.l.1.§.ſufficit.& tutor ſemper adeſſe debet. ff. de auct.
tuto.obligari.& inſtit eod.tit.& vide ĩ.de emp.& vend.§.nunc di
9 cendum.verſi.illud autem. & ſeq. † ¶ Quid ſi minor fuit in iudi-
cio ſine curatoris auctoritate: quia forte non habebat vel habe-
bat,ſed non præſtitit auctoritatem; aduerſarius opponit ante ſen
tentiam,quòd ipſe non poteſt eſſe in iudicio:quare dicit non va-
lere ꝓceſſum:& petit ne iudex vlterius procedat:minor verò di-
cit omnia bene pro eo acta fore,quare valere debent, vt patet ex
ſuperioribus. Dic quod iudex non debet ſententiam ferre, nec
vlterius procedere.C.qui dari tut.vel curat.poſſ.l.in uniuerſis. in
fine.

ADDITIONES.

a Donatarum. ¶ Leges Digeſtorum uidentur velle.ꝙ intelligat lex. Codicis cō-
trarium.ibi de hoc dantur multæ ſolutiones in gl.& ſecundum opinio. Ioa.
ibi not.quam ſequebatur dom.meus infans;qui non intelligit poſſeſſionem,
per ſe non quærit, ſi traditus fuerit tutoris autoritate, quærit, & per tutorē
ſuppletur affectus, Hoc ergo voluit illud ſecus, ſcilicet,ꝙ in acquirenda poſ
ſeſſione per ſeipſum eſt neceſſe quod intelligat. Recitabat etiam ibi domin.
meus opinionem diſtinguentem inter rem ad quam poterat habere aliqua-
lem affectum: vt ad iocale, uel pomum.an non, puta ad prædium, vt primo
caſu acquirat, ſecundo non. & Cyn. ibi infert,ꝙ hæc opinio placebat Dyno
Aliam Pe.vide per eum.
b De crimine ¶ Communiter incipit ex certis cauſis, ſic allegatur infra: ver.
item mulier.
c In prin. ¶ Facit ſ.de off.iu.§.ſi.ver.tertio dicendum.in prin.
d Si ergo. ¶ Verba Io.de Deo, poſt Vber.vbi ſuprà.
e Per hoc. ¶ Scilicet per aſpectum.
f De ætate. ¶ Vber.de Bo.vbi ſ.& Io.de Deo, allegant, cum quæritur.ſed cō-
muniter incipit, cum de.indebito.ibi dicebant colligi hanc cautelam ¶ Ad-
de,cui incumbat onus probandi ætatem, plenè Bar.in l.de ætate.ff.de mino.
Bal.in l.Deo nobis.C.de epiſ.& cle.Bald.conſi.143.lib.3.3.& an minor pro
betur, eo ipſo quod contraxit cum decreto, ponit Alexand.conſilio. 21. lib.
1.& Pau.de Caſ.conſi.140.& qualiter debeant concludere teſtes ſuper æta-
te, vide Bal.conſi.112.lib.4.& conſi.260.4.lib.1.Bar.eius.conſil.incip. inter
do.Simo.
g Cum te. ¶ In hac l.& l proxima hic ſeq.vide de hoc per Accur.
h Præſentia. ¶ Ibi de hoc aliquid dixi ſupra.glo.no.ꝙ ſi contra electum oppo-
nitur defectus ætatis, vide quæſtionem ſuper regulam, infamib.de regu.iur.
libr.6.
i Dicit. ¶ Vbi ſ.
k Maiorem. ¶ Vt enim dixi in ſolutione quæſtionis, ad quam nunc remiſi
per ſophiſticationes verborum natura affirmatiuarum mutari non debet,
ibi vide.
l Sunt. ¶ Per R.ſatis plenè rubr.de off.iu.quo reſt.datur mi.pe. col. verſi.ſed
quæritur quis.
m Dicit Accur. ¶ in l.de ætate.ff.de mino.in fi.2 gl.
n Si autem. ¶ Verba ſunt Vbert.primi.
o Quoſdam. ¶ Accur.in l.1. C. qui legiti. perſonam, & de republica. idem
not. C. libr. 11. de iure reipubli. lege prima. & Dyn. in diſtinctio. quam po-
ſuit ſuper l.impuberes.ff.de aucto.tuto.prope fin. diſtinctio.tenet idem. al-
legat etiam vterque l.ſi minor.ff.de bono. aucto. iudic. poſſi. Sed vt refert
Cyn.in præd.l.1.Pe.de Bel.negat interlocutoriam tenere contra pupillum
vel minorem indefenſum: niſi in caſibus illarum legum, ſcilicet interlocu-
toriis de mittendo in poſſeſſionem contra pupillum, vt in primis legibus,
vel de vendendo contra adultum, vt in l. ſi minor. excipit cauſas ſpiritua-
les & matrimoniales, de quibus non eſt dubium: cum in illis teneret etiam
diffinitiua. de reſtitut. ſpolia. cap.ex parte.de iudic. c. fin.lib.6. & ſequitur
in verſi.item mulier. Et ſine dubio l.1.C.qui legi.perſo. de pronunciatione
loquendo diffinitiuam & interlocutoriam videtur includere.quare dici po
teſt, regulam ꝯſiſtere in vtraq;,& ꝙ certos caſus exceptos habeat utraq;. De
primis, ſ.uer.ſi autem. De ſecundis prædixi. Adde,ꝙ etiam ualet ſententia
diffinitiua in cauſa appellationis contra minores & indefenſos, ut no. in l.ſi
alienam. C.de procura.
p Deluſorium. ¶ Secundum Vber.primum.
q Credo. ¶ Secundum Vber.Io.ubi.ſ.
r Pueri. ¶ Dicebat Vb.& Ioan.poſt eum, ſi iurauit ſe eſſe minorem, bene poſ
ſet iurare nunc ſe tunc in inſtanti fuiſſe maiorem: puta die ſequent.iuramen
tum, niſi de certa minori ætate iuraſſet. Reddit ergo in his aduocatos
cautos.

fine & faciunt pro & contrà, quæ nota. C. de procu. nõ eo minus.
& C. de legib. l. quod fauore. C. lib. 12. de proxi. ſacro. ſcrin. in ſa-
cris. Melius eſt ante tempus occurrere, &c. vt C. in qui. cau. in in-
a teg. reſti non eſt neceſſ. l. fi. & dicit lex, ꝙ initiata legitimè [a] cõtro
uerſia eſt finiẽda: vt C. qui legit. perſo. ha. ſta. in iudicio. l. fi. & C. q
dari tut. vel cu. poſſ. in vniuerſis. arg. tamen ꝯ: quia hoc debuit ab
b initio opponere [b] 3. q. 6. c. ſi quis epiſcoporum. §. exceptio. C. de
procu. ita demum. & ext. de except. paſtoralis. quia licet ipſe non
poſſit vincere, vt valeat minor: non tamen poteſt vt ſ. Sed cõtra
c hoc eſt: quia non debet iudicium claudicare. [c] ¶ Quid ſi curator
10 nõ velit authorari? De hoc j. de cura. §. fi. verſ. qđ ſi nolit. † ¶ Sed
quid ſi minor vult fideiuſſores dare, vel iurare ſe ratum habitu-
rum? Et videtur, ꝙ valebit, quod cum eo actum eſt. arg. C. de ꝓcu.
l. non eo minus. Nam in iudicio quaſi contrahitur: vt ff. de pecul.
licet. §. ſed ſi filius. C. ſi aduerſus ven. Authen ſacramenta. Contra
rium credo. Eadem quæſtio fit, quando tutor fuit in iudicio non
facto inuentario, vel non præſtita ſatiſdatione. & facit C. arbit tu-
tel. l. fi. & de tutor. vel cura. qui non ſatiſd. l. in dubium & in filio-
d famil. qui litem conteſtatus eſt: cum hoc ignoret. [d] ¶ Item mu-
lier, vel vir minor 25. annorum, maior tamen 12. uel 14. cenſetur
maior, quo ad cauſam matrimonialem: & quoad alia ſpiritualia
tractanda, prout legitur, & no. ext. de reſti. ſpo. ex parte. Et quoad
alios caſus ibi notatos. & 15. q. 3 certis ſed ſi fuerit intra 12. vel 14.
annos tunc non cenſet maior: imò debet curatorem hr̃e, ẽt in ſpi.
ritualib. vt 20. q. 2. puella. Et ipſe curator authoritate diœceſani
epiſcopi debet cauſam tractare, ſiue agendo ſiue defendendo. qđ
dic ſecundum papam. prout no. ext. de ætat. & qualita. indecorũ
e & vide j. ver. ſed nunquid in caſib. [e] Sed nunquid minor ſciens tu-
toris contumaciam, eam non purgans, poteſt excommunicari?
Dic vt j. de ꝯtumacia §. nunc dicamus. verſi. fi. Vtrũ autẽ forma-
bo petitionem, vel agam contra pupillum, uel contra curatorem
11 dicam j. de libel. concep. § iam nunc. uer. porrò. & ſequen. † ¶ Itẽ
opponitur contra actorem, ꝙ eſt prodigus, cui bonis eſt interdi-
ctum, uel demens, uel ſurdus, vel mutus, uel fatuus: uel orphanus:
& breuiter idem in omnibus qui non poſſunt eſſe in iudicio ſine
curatore. Idem in muliere luxurioſa. Inſti. quib. non eſt permiſ. fa.
teſta. §. itẽ prodigus. & ff. de cur. fur. l. mulieri. & ff. de priuil. cred. l.
dabimus & l. vel ſurdo & l. ſeq. ff. de poſtulan. l. prima. §. fi. & l. ſe-
quenti ff. de cura. fur. l. conſilio. in prin. & l. curator. ff. de opt. leg.
l. ſi tibi. §. vnius. C. de in integ. reſtit. mi. l. ſi curatorem. 3. q. 7. infa
mis. §. tria. in principio. C. de epiſcop. & cle. orphanotrophos. ve-
runtamen priuſquam mente capto & prodigo interdicatur bo-
f nis, poſſunt pro ſe & pro aliis [f] in iudicio eſſe. Non enim eſt eis ad-
g miniſtratio bonorum ipſo iure interdicta, [g] ſed per iudicem de-
bet interdici: & idem in muliere luxurioſa. ff. de cur. fur. l. j. & l. mu
h lieri. [h] † ¶ Sed vtrum maſculo luxurioſo dabitur curator, hoc nõ
12 eſt iure cautum. [i] & eſt ratio, quare datur mulieri, & non maſcu-
i lo, quia magis in ea ardet ſtimulus carnis: & magis opprobrio-
k ſum eſt amicis, [k] ſi mulier fornicetur, quam ſi maſculus. licet ſit
alias pariter in delicto: vt 32. q. 6. per totum. Præterea ſexus mulie-
bris magis fragilis, & debilior eſt, in concordan. quæ ſunt infrà de
13 procurat. §. 1. verſi. regulariter. ibi. 35. † ¶ Item ꝙ eſt excommuni
l catus. [l] & hoc in quacunque parte litis. ext. de exceptionibus, ex-
ceptionem. & c. à nobis. & c. cum inter. in fin. ext. de offic. delega.
prudentiam. §. ſexta. 24. q. 1. audiuimus. C. de ſacroſan. eccle. pla-
cet. & de epiſcop. & cleric. Authen. ſed & quæcunq;. & in Auth.
de ſanctiſ. epiſc. §. nulli. collatio. 9. & in auth. col. 8. de priuileg. do-
tium hæreti. mul. non præſtan. licet poſſit appellare, & appellatio-
nem proſequi, & ſuper ea impetrare. extra, de excep. capit. fin. &
m c. dilecti. & c. dilectæ. & c. ſeq. vbi de hoc ſecundum papam. [m] Idẽ
etiam eſt in reo, qui reconuenire non poteſt. eod. titu. cum inter.
in fin. extra iudicium autem dicunt quidam, quod non poteſt ex-
communicatus appellare: appellationem tamen ante excommu
nicationem interpoſitam proſequi poteſt: de quo & an in ne-
gotiis poteſt contradicere, & reſtitutionem petere, not. in præ.
n cap. cum inter, ſecundum papam. [n] Sanè reo neceſſariò excommu
nicato, omnis legitima defenſio in iudicio reſeruatur: vt extra, de
iudiciis. intelleximus. & etiã in caſu voluntario: puta, ſi canonicus
alicuius eccleſiæ voluntarie ſe opponit ei, qui eſt electus in p̃latũ
eccleſiæ ſuæ, pendente confirmatione electionis. Licet enim
ſit excommunicatus, admittetur tamen ad defenſionem eccle-
ſiæ, ad quam tenetur, propter quod neceſſario admittitur. Si
verò pro re propria, vel pro ſuo intereſſe, non admittetur: & ſic
o curia hodie ſeruat. [o] Vtrum hæc exceptio in audientia admitta-
tur contra impetrantem, not. j. de reſcript. præſentat. §. ratione
formæ. verſic. ſed quid ſi contra. Quid de minori excommuni-
catione? Reſpon. illa non repellit ab agendo. extra, de cle. exc.
mi. capit. fin. 3. quæſtio. 4. Engeltrudam. niſi aliquis participet alij
p in crimine, vel ei, qui excommunicatus fuit cum participibus. [p]
ext. de ſenten. excom. nuper. & c. quod in dubiis. & c. ſi concubi-
14 næ. Et iunge hic quod eſt. j. de exceptio. §. nunc videndum. verſi.
q porrò. & §. viſum. verſi. & quoniam. † ¶ Item ꝙ eſt [q] deportatus,
qui nõ agit, nec ꝯuenitur ſuo nomine: ſed fiſcus qui in eius bonis
ſuccedit. ff. de fideiuſ. ſi debitor. ff. de noua. quoties. C. de bon. dã.
ſi quis poſthac. Idem eſt in quolibet, qui amiſit ciuitatem. ff. de ca-
pit. dim. l. j. licet hodie bona damnatorum non publicentur. C. de
bon. dam. auth. bona. conuenitur tamen, ſi deliquit: vt j. titu. pro-
xi. §. item ſeruus. & ſequen. Item quòd ſpoliauit reum aliqua re:
vnde non reſpondebit, niſi reſtituatur, & hoc ſiue cauſa ſit ciui-
lis ſiue criminalis. quòd dic ut ext. de reſtitut. ſpoliato. frequens.
lib. 6. & cap. conquerente. eodem ti. ext. in ant. 3. q. 1. redintegran-
da. & per tot. & 2. quæſ. 2. per tot. ext. de or. cog. c. 2. C. de rei ven.
r ordinarii. C. de appel. l. 1. C. de do. inter virum & vxo. ſi maritus. [r]
ſ Item quòd eſt apoſtata, ſecundum Ioann. de Deo. [ſ] 4. quæſt. 1. c. 1.
& 2. & 3. quæſt. 4. ca. 1. & 2. 2. q. 7. alieni. Præmiſſa iura loquunt̃ in
t cauſa criminali. Idem tamen in cauſa ciuili cum ſit infamis, [t] vt 6.
15 quæſtio. 1. infames. & j. ver. prox. † ¶ Item ꝙ eſt infamis qui non
poteſt agere, ſecundum quoſdam. 3. queſt. 5 conſtituimus. extra,
de teſti. licet. ext. de exceſ. præla. inter dilectos. C. de infa. l. vnic.
lib. 10. 6. q. 1. infames. & 2. q. 1. prohibentur. C. qui accuſ. non poſſ.
criminis. Et præmiſſa iura loquuntur in cauſa criminali. Idem ta-
u men videtur in ciuili. 3. q. 4. c. penul. Roffr. [u] dicit ꝙ agere poteſt
ex quo non eſt ſeparatus a communione fidelium. ext. de cleric.
excommuni. cap. fin. Qui autem ſint infames, in Repertorio no-
16 ſtro plene poteris reperire. Et an poſſint accuſari, dicam j. in tit.
x de accuſatore. uer. item ꝙ eſt infamis. † ¶ Item ꝙ eſt periurus, [x]
qui non

## ADDITIONES.

a Legitimè. ¶ Hoc inducit.
b Opponere. ¶ Hac ratione diſtinguunt quidam, an ſciuerit uel ignorauerit, ut ſecundo caſu audiatur, maxime negotio non finito. C. de iuris & facti igno. l. error. Facit. ff. de iudi. l. non idcirco. §. 1. In primo caſu non audiatur. nam qui licitam prouocationem omiſit, perpetuò ſilere debet. C. ut lit. penden. l. fin.
c Claudicare. ¶ Vt de exce. cum inter. Sup. & ſic primo dicto ſtandum eſt. Poſſet tamen dici, reum, ſi malitioſè diſtulit condemnandum in expenſis, vt de excep. exceptionem. hoc verum ſi dicat proceſſum non tenere, vt ibi not. in gl. etiam ſi hoc dico: quia aliquibus videtur, & ſi liquidum eſt pro actore bene geſtum, vt quia publicatæ ſunt atteſtationes: & tunc non repellitur & tenet proceſſus, & ex eo fertur ſententia pro minore, ſecundum dom. meum Mar. Sili. in prædi. l. non eo minus. alleg. no. eo. tit. neq;. & l. ita demum. Aut non eſt liquidum, & tunc repelletur: & proceſſus eſt nullus. Sed Iacob. de Ra. etiam primo caſu dicit eum repellendum, ſed tenet proceſſus, & inſtabit vt cum curatoris authoritate ex primis actis feratur ſententia. argu. ff. de reſcin. vend. ſi id quod. §. 1. ſecundum quod locus non eſſet condemnationi expenſarum. & vide Cy. in prædi. l. non eo minus. Vber. de Bo. extra volumen. per eandem l. ſi id quod. tenet idẽ quod Iac. dicens eſſe in optione minoris: deſiſtere à lite tota, aut illam cum curatoris auctoritate finire. Allegat etiam. ff. de act. emp. l. Iulianus. alias incipit, inter eum. §. ſi quis colludente. Nec dicatur, ſecundum eum, ꝙ leges illæ loquantur in contractu. & hic tractamus de iudicio: quia & in iudicio cõtrahitur. ff. de pecu. licet. §. idem ſcribit. ¶ Adde ꝙ geſta per minorem, in cuius fauore teneant ſine curatoris auctoritate, tenent communiter docto. in d. l. non eo minus. & Bar. in l. ſi tutor. ff. in qui. cau. in integ re. non eſt neceſſ.
d Ignoret. De quo j. e. ver. ſed quid ſi præſente. & verſi. ſeq.
e Caſibus. ¶ Dic vt de iud. c. vlti. lib. 6.
f Pro alijs. ¶ Dixit Roff. vbi ſupra, gaudeat qui furioſo negotia ſua curanda committit.
g Interdicta. ¶ Contra habent a iure curatores legitimos, ſ. agnatos. ff. de mino. l. patri. Inſtitu. de cu. §. furioſi. dicit Rom. licet tales habeant, non eſt perinde talis eis adminiſtratio interdicta. Adde dicendum de hoc, vt l. is cui bonis. ff. de ver. oblig.
h Mulieri. ¶ De muliere religioſa dic, vt de iud. c. 2. lib. 6.
i Cautum. ¶ Roff. dixit me legiſſe, & non memini.
k Amicis. ¶ Rof. dixit generi, & melius.
l Excommunicatus. ¶ Qui ſeparatus eſt a corpore Chriſti, & a cõione fideliũ ſecus ſi a primo ſeparatus eſſet per peccatum mortale, etiam ſi ſit infamis: ſed non à ſecundo ſic. ſed de iſto verſi. & ſeq. expediebat Ro. ¶ Adde Fede. conſi. 116. vbi dicit, quod nec ſuam iniuriam proſequi poteſt.
m Papam. ¶ Vide quod ibi poſt eum & Hoſt. ſcripſi in gl. dixit hic Inno.
n Seruat. ¶ De hoc ſcripſi poſt prædictos in decr. dilecti. de excep. in gl. fortè agendo. ¶ Adde, quod hoc ſequitur Abb. in d. c. dilecti.
o Participibus. ¶ Soluo quod habes de ſen. exc. ſtatuimus. lib. 6.
p Quod eſt. ¶ Iſte etiam ver. fuit Rof. ad ſati.
q Si maritus. ¶ Hanc legem ſolam ad hoc allegauit Vbert. de Bonacur. ſed Vber. præd. allegabat oẽs tres, q̃ ꝯpetunt, cum obiicit̃ ſpoliatio facta ab actore, maximè qñ ſuper eadem re: ſed ipſe Vber. dicebat iure ciuili non haberi de iſta exceptione ſpoliationis acta, ſaltem à tertiò. Inducebat tamẽ prouerbium, quod homo deprædatus litigare non poteſt.
r Io. de Deo. ¶ lib. 2. in prin.
ſ Infamis. ¶ Et eſt excommunicatus in caſu decr. ſecundæ, ne cle. vel mo. li. 6.
t Roff. ¶ Vide ſ. ver. item quòd eſt excommunicatus.
u Periurus. ¶ Non bene conueniunt propoſito caſus vel exceptiones, quæ licet dent uictoriam cauſæ, non tamen repellunt agentem. & multas tales ſubmittit. De iſta verò & ſeq. in quantum de iuramento loquuntur, & de uer. j. item quod iurauit. uide j. de excep. §. dicto. uer. ſed quæro. & uerſ. ſeq. cum ſua remiſſione.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

qui non poteſt agere nec habere rem quam petit. 22 .quæſtio. 5.
paruuli . vbi de hoc. extra , de iureiurand. querelam. extra. de fi-
deiuſſo. capitul.2 in fin. extra, de excep. dilecti. C. de tranſact. ſi
quis maior . Item quòd rem quam petit , renunciauit vel abiu-
rauit.extra. de reſcrip.ex parte. 1. Item quòd non appellauit in-
tra decendium . extra , de elect. cum dilecti . & de app Roma-
na.§ 1.libr.6. Item quòd non eſt appellationem proſecutus intra
terminum competentem. extra de appellat. cum ſit Romana.&
capitu.perſonas.Item quod pactum uel conceſſio ex qua agit fuit
perſonale,& non reale,ut extra,de tranſac,ueniens.& ff de pact.
in perſona.& l.contra iuris §.ſi filius.extra.de inſtitut. cum veniſ-
ſent.de præ.capitul.niſi. in fin.de deci. ex multiplici. vel continet
ſpeciem ſimoniæ. extra, de tranſact. conſtitutus. 1. quæſtione. 2.
quàm pio . ¶ Item excipitur , quod patrocinatus fuit alii peten-
ti rem quam ipſe nunc petit. extra , de tranſact. ex literis . Item
quòd non recuperabit rem, niſi reſtituat quod bono animo a co-
lono in cauſa eſt expenſum.extra, de in integrum reſtitu. capitul.
1. Item nemo cogitur inuitus agere C.vt nemo inui.agere uel ac-
a cuſ.co.l.nemo. [a] Item quòd non dedit libellum : vnde reſponde-
bitur ei, extra,de libel.obl.capit.1.3.queſt o.3.capitul. induciæ.§.
offeratur. quod dic vt j. de libel. conce §.vtrum . Item quòd non
dedit ſufficientem cautionem de lite proſequenda, vel pœna ſol
uenda,ſi ſuccumbat, vt C. de epiſcop & cle. auth. generaliter. &
C.de lite conteſt. auth. libellum. quæ ſunt.3.quæſtio 3.C.de dila.
auth. quod fieri . Sed hoc de conſuetudine non ſeruatur . quod
dic vt j. de ſatiſd. § 1 . Item quòd per ſe non proponit factum :
quod tamen facere debet . extra. de iudic. paſtoralis . Sed quid ſi
ſit vniuerſitas quæ per ſe non agit , quomodo narrabit ? De hoc
b ibidem,ſecundum papam. [b] Item quòd propter viri maleficium
c uxor non debet puniri, extra. de pign. ex literis . [c] Item quòd iu-
rauit non accuſare, vel non agere, vel non conuenire extra de ac-
cuſat. veniens.extra, de reſc. ex parte. 1. Item conuentus de dolo
excipit contra actorem, quod alter ſimiliter qui tenebatur, ſolue-
rit : nam vno ſoluente , cæteri liberantur . ff. de dolo . ſi plures. in
auth. vt ſpon.lar.§.rurſus.¶ Item ꝙ actor non ſeruauit fidē: vnde
17 nec ipſe ſeruare tenetur: iuxta illud, † Frangenti fidem, fides fran-
gatur eidem.ext.de iureiur.peruenit. 2.C.de pact.cum proponas.
d Item ꝙ eſt ſeruus qui non poteſt pro ſe, uel pro alio agere [d] in ci-
uili, uel criminali cauſa, niſi in ſpecialib. caſibus, qui habētur C.de
iudi.ſeruus.C.de preci.Impe offe.l 1.C de quæſt.l.1.C.ſi per vim.
e uel alio modo poſſ.tur.fu.l.1. [e] C. ubi cauſæ fiſc.l.fi.ff. de iudi.uix
f certis, ubi de hoc. [f] ff.de re.iur.ꝙ attinet.Conueniri tamē poſſunt
g ciuiliter & criminaliter accuſari. [g] l.Iul de ui priua.& in eius accu
ſatione ſeruantur quæ in accuſatione liberi ſeruantur. ff. de accu.
l.hos.§.ſi ſeruus & § omnibus.Intereſt tamen , quia ſi uolo agere
ciuiliter contra ſeruum, tunc cōcipiam libellum in perſonam do-
mini, ut patet j.de oblig.& ſol.§ prænotandum.uer. uerum ſi ex.
& ſeq.& de pecul.cle.uer.cæterum.Si uero criminaliter, tunc con
cipe libellum, ut dicit l.ff de accu libellorum quæ eſt 2.q.8 Domi
18 no autem conceditur defendere illum, vt C. eodem.l.2. † ¶ Sic
ergo patet, quod excommunicatus qui non conuenit, ſed conue
nitur, vt extra, de iudiciis. intelleximus . ſimilis eſt ſeruo qui non
h accuſat ſed accuſatur . [h] & vide infra. verſicul. item ſeruus.Item
quod eſt ſtatuliber , id eſt , libertas eſt ſibi ſub conditione relicta ,
qui pendente conditione pro ſeruo habetur. ff. de ſtatulib. ſtatu-
liberum in medio tempore . & l. ſtatuliberi à cæteris . in princip.
Item quòd commiſit crimen læſæ maieſtatis . [i] Item , quòd eſt
i hæres adhuc infra deliberationis tempora conſtitutus : his enim
rerum alienatio & diminutio per legem eſt interdicta . vnde ſu-
per eis non poſſunt actiones exercere ; vt ff. de do l. donationes .
2. in fin. C. ad leg. Iul. ma. l. fin. ff. de iur. delibe. ait prætor . §. 1.
extra , de heretic. vergentis. Item , quòd eſt tutor , & eſt ac-
cuſatus de ſuſpecto : vnde non agit vt tutor , licet non ſit ei in-
terdicta adminiſtratio , vt infrà . de tuto. verſiculo ſi autem per
premiſſa. nec etiam finito officio : vt infra . eod.titulo. uer.item
tutor . Idem etiam poteſt dici in prelato de dilapidatione ſu-
ſpecto, ſuſpicione probata , extra , de ſimo. licet Heli. verſicul.
quia verò , extra, de accu capitul. fin. 3. queſtio. 2. quia ea. extra,
de dolo: & contu. veritatis. de offic. delegat. venerabili . Tales
enim non poſſunt alienare , vt in præ. concord. ergo nec rem in
k iudicium deducere: vt ff. de iure delib. ait prætor. [k] Item, ꝙ eſt ab
heretico hæres inſtitutus, vnde non pōt pro hæreditate agere. C.
de hæreticis . cognouimus.& in præd.decre. vergentis.& eodem
titul. ſi quis epiſcopus. Item vir & vxor prohibentur inter ſe fa-
moſas intentare actiones conſtante matrimonio. ff. rerum amo.
l l.1.C.eo.l. diuortium . In caſu tamen ſpeciali virum [l] vxor defe-
rens commendatur , & de bonis eius certam partem cum fiſco
partitur , vt C. lib. 10 de his qui ſe deferunt . l. vnica . Item ſerui
contra dominos , vel econtrà. C. an ſeruus ex ſuo facto.l. fina.ff.
de iudi l. lis nulla.1.quæſt.1.cap. prohibentur.arg. contra. 23.q.
4.ſi eccleſia. Dic , vt infra de accuſa. verſi. item quòd eſt libertus
Item quòd eſt libertus qui non auditur contra patronum, uel pa-
m tronam , vel parentes , vel liberos [m] patroni , maximè in famoſa
actione, vel quæ famam ſuggillet , niſi hoc impetret. ff. de excuſ.
tuto nequaquam ff.de obſequiis à liber.pa.præſt.l.1. nec ſerui.&
l.ſequen. extra de ſer. non ord. de famulis . Inſtitut. de pœna te.
liti. in fin ff de in ius uocan.l. ſed & ſi hac lege §. prætor. & l.qui-
cunque.§.1.& C. eodem.l.1. & 2. C. qui & aduerſus quos. l. fin.
prohibentur etiam petere reſtitutionem in integrum aduerſus
patronum. C. qui & aduerſus quos.l.fin.quod dic, vt j.de reſtitu.
in integ.§.1.ver.item propter . Non poteſt etiam accuſare, ut di-
cam j. de accuſat.ver. item, quòd eſt libertus . Item quòd eſt ad-
ſcriptis qui non admittitur contra dominum , & forte nec econ-
19 uerſo.C.lib.11. in quib.cau.col.cenſi.domi.ac.poſſ.l.2.† ¶ Item,
quòd fuit contumax , uel inobediens iudici : & ideo debet ei ſa-
tisfacere quem contempſit : & etiam de aduerſario & de expen-
ſis : & idonee cauere quod in terminis comparebit , priuſquam
abſoluatur.ff. ex quib.cauſ.maio. ſed & ſi per prætorem.ff.actio.
g In fi. ¶ Diuerſitas iſta fundatur ſuper varietate opinionum, quas vidiſti ſ. ver. ſed quid ſi dubitatur. Et certum eſt, ꝙ ſi lex, filiusf. ff. de actio. & obl. non ſit correcta, non procederet quæſtio: quia ſic teneret iudicium & conteſtatio. & vide ſ. ver. ſed nunquid. In publicis tamen formatur quæſtio, quando propter cauſam illam pronunciatum eſt proceſſum nullum, licet forte non ſic pronunciari debuerit. Facit ſ. verſic. prox. & vide quod dixi ſupra. char. 1. eo. tit. ſuper ver. quid ſit minor.

h Habet. ¶ Dictum Old. dixit ſupra ver. ſeq. ſed pone quòd lis.

i Concor. ¶ Multa induxit Mar. de Fano ad iſtam partem, & ad contrarium, in quæſtione, de qua infra dicam. Et multa uidere potes in §. quæſitum. infra alleg. & in omnibus Broc. de off. ord. c. 2. in gl. 2. & ſuper ea. & 23. diſt. quã quam. Ad ſoluen. Broc. vide Iac. de Bel. ſuper præ. l. ſi duo. in ſolutione contrariorum. ¶ Adde, ꝙ ſufficit generalis conſenſus Bald. conſi. 153. lib. 2.

k Generaliter. ¶ Facit cle. de elect. c. fi.

l De Bo. ¶ Facit pro ipſo de procur. qui ad agendum. lib. 6.

m Specialis. ¶ Et expreſſius alleg. Cy. Auth. de æqual. dotis. §. fin. ver. ſin autẽ.

n Iuſſum. ¶ Marti. de Fan. qui ſatis diſputat hunc caſum in quæſtione, pater filio, vbi tenet etiam ſpeciali caſu expreſſo generale aditum non tenere. Inducit ſic hunc §. generalis conſenſus non ſufficit in adeunda hæreditate, vt ibi: multo minus in iudicio: cum hæreditatem minor accipiat ſine curatore: iudicium non. ff. de acquiren. hære. l. ſi minor. C. qui legit. perſo per totum. ergo hoc fortius. Inducit etiam l. Labeo. ff. de ſup. legat. & l. iubemus. C. ad Velle. & ff. de tranſ. cum Aquiliana. Inuenio etiam Alber. Gal. idem tenuiſſe per d. §. iuſſum, & hoc no. in opere, ſed in reportationibus ſuper l. cum non ſolum. §. filius.

o Idem Iacob. ¶ In meis ſcriptis tenet quod ſequitur, dicens quod illud approbat generalis conſuetudo.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

a ff.eo.[a] accipientis.ff.quod iuſſu.l.1.§.1.& arg.16.q.1.monachi.ex
tr.de poſtul.ca.2.Et ad hoc facit præcedens diſputatio quæſtionis
42 & vide j.de cura.§.fin.ver.ſed nunquid ſufficit.& ſeq.†¶Sed nū-
quid filiusfa.poteſt pacto renunciare illi legi,cum non ſolum.vi-
detur quòd ſic:cum in eius fauorem ſit inducta.C.de pact.l.fin.&
l.ſi quis in conſcribendo.extr. de fo. compet. ſi diligenti.de regu.
& tranſe.ad re.ad Apoſtolicam.Dic contra.nam illud in fauorem
Reipublicæ eſt inductum,ne filiusfam.accuſationes ſubeat incom
petentes.ff.de pact.ius publicum.ff.ad Maced.l.1.& l.ſed & ſi pa-
ter.in fin.& j.de conclu.& ren.verſ.cui autem iuri. Intereſt enim
reipublicæ,ne quis re ſua male vtatur. Inſti. de his qui ſui uel alie.
iur.ſunt.§ & recte.Quid ſi promiſit pęnam,ſi contraueniret? Re-
ſpon. non tenetur, ex quo pactum non tenet.C.de legi.non du-
bium.10.diſtin. vides.ext.de fide inſtrumen.inter.in fi Quid ſi ſu
per hoc iurauit? Videtur,quòd poſſit contrauenire,ut in præ.cō-
cor.& extra,de foro compe.ſi diligenti.in fi.Dic contra, ſi pubes
ſit.C.ſi aduer.vend. Auth.ſacramenta.22 quæſtio. 5.pueri.Sed po
ne quòd filius patre abſente egit,quod poteſt,vt dixi ſ.ver.ſed &
ſi filiusfamil. demum pater reuerſus vult retractare quod actum
eſt? Reſpon.dicit I. anſ.quòd non poteſt: alioquin aduerſarius au
ctoritate legis deciperetur:quod eſſe non debet.C.de his, qui ve.
ætat.l.j.ff.quando act.de pecul.eſt an.l.3.& C.de ſenten.paſſ.l.fin.
43 20.quæſtio.1.c de viduis.†¶Sed quid ſi præſente patre,ſine eius
conſenſu litem conteſtatus eſt,& aduerſarius nihil opponit:quia
ignorat eum habere patrem,vel eſſe in eius poteſtate? Dicunt Lā
fran.& Iac.Bald.& quidam alij, quòd poſt litem conteſt. non po-
teſt hoc opponi:cum ſit quaſi dilatoria exceptio:argu.C. de pro-
cur.ita demum.ext.de re iudi.inter.C.de ſatiſdat.l.1. ext. de exce.
b capitu.paſtoralis.Credo,[b] quòd quandocunque poteſt obijci:ga
retro iudicium facit nullum.C. de procur.licet ext.e.in noſtra. in
c fi.11.q.1.capitu.pe.[c] Sed an valeat tunc iudicium, quando aduer-
d ſarius ignorabat [d] eum habere patrem,& ſic lis eſt conteſtata? Di
cunt quidam,quòd ſic:ne decipiatur auctoritate legis, ut iam di-
ctum eſt.Si vero ſciebat,non valere contra filiumfam.ſed pro ſeo
ſic,argum.C.de procu.non eo minus. Si autem dubitetur,ſi ſciue
rit, vel non dicunt quidam ſufficere, ſi tunc in quacunque parte
litis conſentiat, vt potius valeat iudicium, quam pereat:vt ff. de
regul.iur.ſemper in dubijs.& l. in obſcuris. ff. de re iudi. quoties.
C.de communi ſeruo ma.l.fin.extr. de fide inſtrumen. capitu.in-
ter dilectos.prope fin.Tu tamen dic,vt ſupra, verſic.ſed pone,ꝙ
lis eſt conteſtata Sed quæritur quando exceptio iſta,nō habes pa
tris conſenſum,obijci poſſit? De hoc infra de excep.§.dicta.verſi.
44 quid de illa,non habes.†¶Quid ſi poſtquam eſt productioni te-
ſtium renunciatum,reus malitioſus ponit,quod actor habuit pa
trem legitimum,& actor hoc confiteatur: deinde reus negat illū
mortuum non eſſe:& ſic dicit iudicium ſine eius conſenſu habitū
non tenere? Reſpon adhuc poterit actor ſuper hoc teſtes produ-
cere,cum ſit nouus articulus C de temp.app.l.per hanc ext.de te-
ſti.fraternitatis.ff.de iureiu.admonendi ff.de interrog.act.de æta-
te.§.ex cauſa.Sed quid ſi iſte eſt alienigena, & de longinquis parti
bus,nec poteſt hic de morte patris docere? Dic quod non poteſt
hoc ſibi obijci:cum etiam patre abſente agere poſſit: vt ff.de iud.
e ſi longius.ff.de procur. l. filiusfa.[e] imo & ſi ſit de eadem ciuitate,
in qua agitur,& pater non comparet:filius admittetur, quaſi pa
tre abſente.argu.ff. ſi cert.pet. cum filius Sed & ſi reus negauerit
patrem abeſſe, uel defunctum eſſe, ſufficit actori probare per fa-
f mam de morte.argum.ff.de acquir.hære.l.ſi quis mihi. §. plane.[f]
Et idem eſt in abſentia:nam eo ipſo quod non eſt præſens,præſu-
mitur abſens,& probata eſt abſentia.argu. C.de contrahen.ſtip.l.
1.& l.optimam.vbi probatur præſentia per inſtrumentum.& ſa-
tis eſt,quod non comparet.argu.C. de his quibus vt indig. ſi ideo.
imo ſi de hoc iudici conſtaret, non deberet hanc obiectionem
admittere:quia manifeſta probatione non egent:vt ext. de elect.
bonæ.ff.de in integ. reſt. l. 1. Præterea nonne ſatis eſt quod actor
eſt in quaſi poſſeſſione patris fa. Probet ergo reus patrem actoris
viuere.argum.ff.quemad.teſt ape.l.2.§.ſi dubitetur.licet ſit argu.
g contra,ff.de probat. ſi filius.[g] maxime ſi probet ſe longo tempo-
re vt paterfami.fuiſſe,quod ſatis eſt.vt C.de pa.po.l.1. Quid ſi pa
ter intrat monaſterium, nunquid habet neceſſe filio agenti con-
ſentire:& nunquid eum in poteſtate retinet? Item quid ſi filius in
trat,nunquid perſiſtit in patria poteſtate? De hoc j.de ſta.mo.ver.
45 12.†¶Sed nunquid in caſibus in quib. minor poteſt eſſe in iudi-
cio ſine tutore,uel curatore,qui no.extr. de reſtitut. ſpoliat.cap.
h ex parte.poterit etiam filiusf.ſine patris conſenſu, Credo ꝙ ſic,[h]
ar.illarum ll.& C.ſi per vim vel alio modo abſent. poſſ. tur. fu.l.
1.Idē etiam puto in alijs,in quibus cauſetur maior: vt in prædict.
capitu.ex parte.& de procurat.accedens.vide ſupra verſicu.item
46 mulier.†¶Sed nunquid pater poteſt cōcedere exercitium actio
num in illis caſibus, qui ſunt in l. ff. de iud. ſi longius. quos ſupra,
ſcripſi in verſi.ſed ſi filiusfam.argu. quod not.in præalleg. l. cum
non ſolum §.vbi autem pueril.Sed contra argumen.C.de collat.
Auth.quod locum.& ff.de procur.filius.§ ipſe quoque. Illud au-
tem certum eſt, quod pater in reb filio quæſitis, agit per ſe, vel
per procuratorem: quod dic, vt infra in titu.de procu. §. ratione
quoque ad fin.Quid de filiofam.in ſcholis exiſtente? Dic,vt s.in
præ.ver. vt filiusfam.& ſic de monacho dicemus.Quid ſi ſit ſcho
laris minor in illis caſibus,qui ſunt in præal l.ſi longius. & ff.ſi cer.
i pet.cum filius? Dicit Vber.[i] quod non admittetur ſine curatore
dato cauſæ,non perſonæ: vt prædixi. Vtrum autem minor accu-
47 ſans admittatur:dicam j.titu. 2.†¶Sed cum clericorum ſint bo-
na poſt clericatum per eos acquiſita:& ea poſſint vēdicare: vt C.
de epiſc.& cler.l.ſacroſanctæ.& Authen. presbyteros. & Authē.
licentiam. nunquid in uendicatione eſt neceſſarius patris conſen-
ſus? Videtur quod non: cum ſint eius propria, ut ibi & vendica-
tio ſoli domino datur.ff.de rei ven.l.in rem.arg.contra.quia agē-
k ti & fugienti [k] debet pater conſentire. in præ. l. cum non ſolum.
§.1.Et hoc dictum quidam dicunt & exponūt in præ.l.ſacroſan-
ctæ,vendicent,id eſt,habeant, agere tamen nequeunt ſine patris
l cōſenſu.Sed prius dictum verius.[l] Nam quod acquiſiuit iure ca
ſtrenſis peculij cenſetur:vt in præced. Auth. presbyteros & in ca
ſtrenſi poteſt filius agere ſine conſenſu patris: vt C. de bo. quæ li-
be.l.cum oportet.cum ſit dominus.C.ad Maced.l. 2.ff.ad Tertu.
l.penul.& l.cum non ſolum.non loquitur de tali:ſed in his in qui
bus patri quæritur vſusfructus. & facit j. de ſtat mo. verſicul.12.
48 †¶Item excipitur contra actorem,quod eſt monachus,vel cano
nicus regularis, vel alius alterius obedientiæ ſuppoſitus, qui non
poteſt nomine ſuo agere,vel conueniri ſine cōſenſu patris, & ab
batis licentia: vt ext. de ſyndic.capit. vno.16 quæſtio.1.monachi.
quia pro mortuis habentur:& nihil habent,16.quæſtio.1.ca.1.2.
quæſt.7.placuit.in Auth.de monach.§.illud quoque.& §. ſi vero
relinquens.col.j.& 12. quæſt. 1. non dicatis. & in Auth.hæc con-
ſtit.interpr.per conſt.de his qui ingre.mon.col.6. & in Authen.
apud quem oportet mo.ca.dic.ea.co.ext.de ſta.mon.cum ad mo
naſterium.C.de epiſc.& cle.repetita.in fi Eo enim ipſo quod mo
naſterium ſunt ingreſſi, omnia iura & actiones eorū in monaſte-
ria ſunt trāslata:vnde ad illud pertinet exercitium cauſarum.qđ
m dic,vt no.ſm papam.ext.de probat. ca.in præſentia.[m] Poſſunt tñ
ſuos abbates accuſare:ut ext.de accu.ex parte.& c. olim. venia tñ
prius à principe impetrata.ff.de in ius voc.gñaliter.& C.e.l.1.& l.
2.vel dic,ꝙ non eſt alia licentia impetranda:cū iā ſit à iure cōceſ-
49 ſa:ut in primis concor.†¶Porro abbates & priores, & alij, qbus
n adminiſtratio ꝯceſſa eſt,[n] poſſunt agere.nam proprium[o] habent.
o ext.de ſta.mo.monachi ext de reſc.edoceri.& ff.de app.c. bonæ.
ext.de iud.cum deputati.quod dic.plene ſm Papam.extra,de re-
ſtit.ſpo.olim & ext.de probat.ex literis An autem ſit tunc neceſ-
ſarius conſenſus capituli,vel literæ de rato: & an conuentus poſ-
ſit agere ſine ꝓlato:& quid iuris ſit? De hoc no ibi,& extra,de reſ.
edoceri.& de pen.c 1 & de reli.do.c.pe.de tranſact. contingit.&
50 de offi dele coram.& j.prope finem.†¶Cæterum monachi,qui
de abbatis licentia ſunt in ſtudio, credo ꝙ poſſunt contrahere &
agere

ADDITIONES.

a ff.eo. ¶ Scilicet de au.tu. ¶ Adde Bar.& gl.in l.cum non ſolum.Bal.in l.j.C.
de ſacroſan.ecc.vbi dixit ſufficere generalem licentiam datam filio, ad hoc
vt poſsit teſtari ad pias cauſas. An antem iſte generalis cōſenſus ſufficiat in
cauſa appellatiouis,vide ſecundum Alex.Dyn.Bal.Salyc.in l.ſi iudex. C.de
procurator.
b Credo. ¶ Secundum Vber.ut dixit remiſsio,quam dat infra,ver.2.
c c.pen. ¶ Simon Vinc.fortificat quæſtionem, quærens de patre, qui in iudi-
cio ſatiſdedit iudicio ſiſti,vel fideiuſsit: an per id filio reo conſenſiſſe uideat
Quod non arguit per l.ff.quod iuſſu.l.1.in fi.j.reſp. Ad contrarium inducit
C.de euict.l.exceptione.
d Ignorabat.¶ Et iuſte ignorare poterat,ſecundum Iac.Bal.alle. ff. ad Mace.
l.3.& pen.
e Filiusfa. ¶ Et ſ.ea.co.ver.ſed pone.
f Plane. ¶ De hoc plene dixi j.de no.cri.§.famam.ſ.ver.quid ſi agenti. ¶ Ad
de,qualiter probetur mors.Bal.conſ.330.lib.2.& qualiter probētur abſen
tia & præſentia; per eundem Bal.ꝯſi.311.2.lib.Adde qualiter probet mors,
uide pleniſsime per Alex.conſ.115.inci.viſo.proceſſu, in quarto uol.& ꝯſi.
24.inci.in cauſa uertente.col.2.ver.mouentur.eo.uol.& conſ.146.inci.uide
retur inſpectis.col.5.uer.ſi vero poſsit in 2.vol.& late.per Henricū Bouer.
hic in c.in præſentia.de ſponſa.Hen.Ferran.
g Filius. ¶ Ibi non erat in poſſeſsione tali & ibi not.
h Quod ſic. ¶ Hoc placet,licet aliqui ꝯ dicentes,ꝙ alia eſt tutoris uel curato-
ris auctoritas, & alia patris voluntas.ff.de uer.obl.l.ult.§.j.Inſt.de inuti.ſti
pu.§.pupillus.Et pro hoc facit quod no.ſ.uer.quid ſi dubitetur in fi. Sed ad
hoc vltimum reſpondetur ꝙ loquitur ext.illos caſus premiſſos. Ad primū
reſponde.quod ſi excluditur auctoritas,quæ plus arctat: fortius ergo volun
tas.Et facit quod dixi ſ.ver.ſed pone,quòd lis.ante finem.
i Vber. ¶ Vbi ſ.uer.ſed de ſcholari.De reo ſcholari plene tractatur in ti.pro-
xi.de his.& j.de ſatiſda.
k Fugienti. ¶ Reo.
l Verius. ¶ Vt patet hodie de iud.c.ult.in fi.lib.6.
m In præſentia. ¶ Vbi ſcripſi ſuper verbo,reſtitui.
n Conceſſa eſt.¶ Vt hoſpitalium rectores,dicebat Vber.de Bo.
o Proprium.¶ Cautius dixiſſet peculium:ut dixit Dec.monachi. ſed ſecutus
fuit uerba Vber.prædicti.

agere ex contractu cauſa ſtudii inito : & etiam accuſare pro iniu-
ria ſibi facta. Nam ex quo habent licentiam ſtandi in ſtudio, per
conſequens faciendi ea, ſine quibus ibi eſſe non poſſunt. ff. de iudi.
ſi longius. ff. depo. Iulianus. ff. de iniu. ſed ſi unius. §. filio. ff. de re iu.
quidam conſulebat. extr. de off. de lega. ex literis. & c. præterea ff.
a de iur. om. iud. l. 2. Secus ſi ſine eius voluntate. [a] ff. de pec. liber. &
in Auth. de mona. § pe. ibi: erronea, &c. Si autem nō ſit in ſtudio,
non poteſt agere, nec pro iniuria accuſare ſibi facta: quia hoc ſpe-
ctat ad abbatem, vel ſyndicum quod dic, vt no. ext. de ſenten. ex-
com. c. parochianos. & plenius 12. q. 1. non dicatis. Si tamen mo-
nachus à monaſterio expellitur, vel ſibi victualia denegentur: ſu-
per his poteſt agere, & reſtitutionem petere, arg. extr. de reſc. cum
dilecta. & de accuſ. olim. Sic & ſeruus poteſt conqueri, ſi eum do-
minus multū grauet ff. de his, qui ſui vel ali. iur. ſunt. l. 2. ff. de indi.
51 vix certis. †¶ Sed quid ſi ſpoliatus ſit cappa vel libro: nūquid po-
teſt petere reſtitutionem? Quæſtio eſt venerealis 39. vide eam: &
eſt ſolutio, ꝙ ſic, ſi non ſit abbas, vel ſyndicus qui agat nomine
b monaſterij: ipſe tamen eam petet nomine monaſterij, [b] quia ve-
ſtis, quam portat, non eſt ſua, neque cuculla: vt in concord. quæ
ſunt s. ver. prox. in prin. nec etiam eam poſſidet, cum ſit ſeruus:
vt in 54 diſt. multos. ibi, ſubire ſeruitutem. Veſtis enim, qua ſer-
uus utitur, eſt de peculio domini: vt ff. de pecu. id veſtimentum.
At ſeruus nō poſſidet ea, quæ ſunt in peculio. ff. de acqui. poſſeſ.
quod ſeruus. Et præterea nihil poſſidet, qui ab alio poſſidetur. ff.
de adulter. ſic eueniet. Si igitur non poſſidet, nō poteſt ſuo nomi-
ne petere reſtitutionem ff. de vi & vi ar. l. 1. §. deijcitur. ext. de re-
ſtit. ſpoliato. olim cauſam.. prope finem. Si uero abbas vel ſyndi-
cus ſint præſentes, ipſi agent: argu. ff. de preca. ſi adop. rauero. & in
prædict. l. libera. ueruntamen ſi ille ab eccleſia ſua vel prioratu eij-
ciatur, poterit petere reſtitutionem. ar. ext. de reſc. cum dilecta. &
de accuſatio. c. olim. & hoc eſt ratione adminiſtrationis ſibi con-
52 ceſſæ, ut prædixi, ſed de rebus proprijs non poſſet, ut dixi. ¶ † Sed
nunquid abbas poteſt monacho concedere, quòd habeat admini
ſtrationem poſſeſſionum alicuius ville, & quod pro his agat? Dic
c quod ſic, [c] conſtituendo ipſum procuratorem, vel ſyndicum ad
iſta. extr. de ſtatu monacho. monachi alias non. Nam ſi aliter age
ret, oporteret eum dicere, ago nomine meo, quod non licet mo-
d nacho. 12. q. 1. non dicatis, [d] Sed ſuperior vel prælatus agit nomi-
ne officiorum, uel obedientiarum ſuarum. Canonicus autem ſe-
cularis, qui proprium poteſt habere: vt 12. quæſt. 1. certe bene po
teſt agere nomine præbendæ ſuæ, ſeu beneficij pro iuribus ipſius:
& dicere in libello, ago nomine meo. extr. de probat. ex literis.
Vtrum autem monachus & ſimiles, ualeant accuſari: dicam j. tit.
53 prox. ver. item ſeruus. & ſeq. †¶ Item [e] excipitur contra fideiuſſo
e rem qui agit vt liberetur à fideiuſſione: quod non poteſt agere
priuſquam ſoluat. ff. de cond. inde. indebitum. & Inſt. de fideiuſſ.
in prin. niſi in caſibus, qui ſunt ff. man. l. Lucius Titius & C. eod.
ſi pro ea. Contra quam extr. de fideiuſſ. c. fi. Item excipitur contra
actorem, quod nimis maturè agit: ut cum pupillus agit ante fini-
tam tutelam: & cum debitor agit pignoratitia intra ſolutionem
& debiti obligationem vt ff. de tut. & ra. di. l. niſi finita. & l. ſi tu-
tor reipub. § fi. & l. ſeq. & ff. de pign. act. l. ſi rem alienam §. omnis,
licet debitor ante ſententiam offerens recte egiſſe videatur: vt d.
l. in fi. Sed & ſi ſtipulatus fuero centum amphoras vini ex fundo
Titij vel Arethuſæ partum, licet pura videatur obligatio, tamen
propter tacitam cōditionem, quæ ineſt, expectare debeo, donec
naſcatur. ff. de ver. ob. inter ſtipulantem. § ſacram. verſi. ſi ſtipula-
tus & l. interdum 1. reſp. Idem quoque eſt, ſi hæres eſt damnatus
fideicommiſſario de reſtituenda hæreditate; recepta ab eo certa
pecuniæ quantitate: uel ſi inſtitutus eſt ſub conditione nominis
f ferendi, [f] vel ſub alia poſſibili & honeſta & non turpi: quia opor-
tet eum impleri, uel æquipollens fieri. ff. ad Treb. facta. § ſi in dan
da. alias, ſi uero. & l. ſi mulier. § Braſidas quidam. ff. de cōdi. & de-
mon. l. non dubitamus. & generaliter omnes creditores impediū
tur agere añ diē vel ꝯdōnē: vt ff. de pac. itē qa quæſtiones. & ff. qñ
di. le. ce. l. cum illud. in fin. & Inſt. de excep. §. temporales. & licet
olim perderent cauſam, ſi prius agebant: hodie ſolum duplican-
tur induciæ: ut in concor. quæ ſunt j. ver. item quod plus petit. Ta
men quandoque ex cauſa iuſta ante diem exiſtentem agit ad cau
tionem: ut ff. de pig. l. grege. §. pe. & ff. de iudi. in omnibus bonæ.
nam & is, qui aliquid ſtipulatur ſub conditione, creditor eſt, an-
g tequam ipſa exiſtat. [g] Is uero, cui aliquid ſub conditione legatur,
interim non eſt in numero creditorum: vt ff. de act. & obl. is cui.
& Inſtit. de uerbo. obl. § ex conditionali. arg. contra, ff. de uerbo.
ſig. creditori. & l. 2. & l. conditionales. Lex tamē indiſtincte dicit
ſolum debitorem, à quo inuito pecunia poteſt exigi: ut ff. de uer-
54 bo ſig. l. debitor. †¶ Item repellitur, qui alienam litem uult age-
re: cum alius ei ꝓferatur, ut ff. de inoff. teſt. l. poſthumus. §. ſi quis
ex his. C. qui admit. ad bon poſſ. l. fi. in fin. C. de edi. di. Adri. tol. l. 1:
ff. de acqui. hære. l. quandiu. 1. & 2. C. de lib. cauſa. l. 1. ff. de iur. deli.
l. ſi plures. Veruntamen pater agit pro filio, quem habet in pote-
ſtate. C. de bo. ma. l. 1. Item negotiorum geſtor, ſi talis ſit, qui ſine
mandato admittitur: alienam litem poteſt proſequi, ut ff. de neg.
geſt. ſi in autē. Item orphanotrophus actor, ſyndicus, œconomus,
& huiuſmodi, admittuntur. ut j. per ſpeciales tit. apparebit. Item
repellitur filius natus ſi petat vltra quartam hæreditatis, prægnā
h te uxore patris. ff. ſi pars hære. pet. l. 1. §. interdum. & l. antiqui. [h] ff.
de iudi. ſed & ſi reſtituatur. §. fin. Item repellitur regulariter qui
libet ueniens contra factum ſuum ext. de cle. coniug. diuerſis. 12.
quæſt. 2. monemus. Sed hoc fallit in quibuſdam caſibus ſpecia li-
bus: ut ibi no. & ff. de adop. poſt mortem. ff. communia prædi. uē
55 ditor. ff. de re iud. iudex. 12. q. 1. certe ego extr. de ele. noſti. †¶ Itē
turpitudinē ſuam, uel ignauiam allegās, ext. de do. inter dilectos.
de conceſ. præben. cum ſuper. C. de tranſact. l. tranſactione finita.
ff. de le. 2. qui ſolidum. & § etiam. C. de ſer. pig. da. ma. ſi creditori-
bus. Item qui plus petit cauſa, uel tempore, uel re, uel loco. quod
dic, ut ext. de plus pet. c. unico. & C. eo. l. una. & inſtit. de act. §. ſi
quis agens & in §. tripli. & Inſti. de except. §. appellantur. & j. de
plus peti. Itē qđ uult ꝓpria auctoritate ſibi ius dicere, qđ eē non
dēt: ut ex. de iudi. dele. § ſupereſt. uer. itē ſi uel t. & uer. itē ſi cā. &
ſeq. Nō enim dēt quis in propria cauſa eſſe iudex. C. ne quis in cau
ſa ſua iudicet l. 1: nec ſe debet uindicare. quod ſi fecerit, punitur.
ff. quod me. cauſa. l. extat. C. de iud. nullus. ubi de hoc, in Authen.
i ut defun. ſeu. fu. eo. §. 1. [i] Fallit tamen in caſibus, in quibus poteſt
quis ſibi ius dicere. Et primo fallit in his caſibus, in quibus poteſt
quis aliquem ſine iudice capere: quod dic, ut j. titu. de accu. §. 1.
uerſic. hoc tamen. Item fallit: nam inueniens ſuam poſſeſſionem
uacuam, poteſt eam propria auctoritate ingredi ff. quorum leg.
l. 1. in prin. extra, de ord. cog. c. 2. Tertio, cum inter partes conue-
nit, ut res auctoritate propria capiatur: ut C. de pig. act. pignore.
k & de pign. l. 3. ff. de contrahen. emp. l. ſi quis ſub hoc [k] ¶ Quarto,
debitorē fugientē creditor ſua auctoritate capit. ff. de his quæ in
56 fraudem cred. ait prætor. § ſi debitorem. †¶ Quinto, poteſt domi
nus ſua propria auctoritate eiicere colonum penſionem ſtatuto
termino non ſoluentem. C. locati. l. 3. & de iure emphyteut. l. 2. ff.
eodem. quæritur. § inter locatorem. & extra, eod. tit. c. pen. & fin.
¶ Sexto, ratione officij, tutelæ uel curę, quam quis adminiſtrauit
qui ſibi dicit ius. ff. de admi. tut. quoties. §. ſicut ff. de contrah. em-
pti. fiſtulas. §. 1. & C. qui da. tuto. uel cur. poſſ. creditorem. ¶ Sep-
timo, in procur. & negotiorum geſtore qui poſſunt uti retentio-
ne expenſarum, quas fecerunt. ff. de procu. quæ omnia. § fi. ff. de
negot. geſt. debitor. §. ſed ſi epiſcopi. ¶ Octauo, ſi magiſtratus co-
pia non habeatur. C. li. 10. de decurionib. generali. ¶ Nono, cum
eccle. rem immobilem ex permutatione tranſtulit in principem,
& eādem tranſtulit princeps in priuatum: tunc enim œconomus
ſua auctoritate rem apprehendere poteſt, & ad eccleſiam reduce
re: ut in Authentic. collation. 5. ut de cætero rerum eccleſia. com
mut. non fi. § de cętero. ¶ Decimo, ſi uēditor uni emptori ad me
tiendum uinum certam diem præſtitit, poſtea uero ei denunciet,
ut uinum tollat: poterit enim uinum fundere emptoris periculo,
57 niſi tollat ff. de pericul. & commo. rei uendi. l. 1. §. licet. †¶ Vn-
decimo, ſpoliatus poteſt ſpoliatorem incontinenti continuato
bello deijcere. ff. de ui & ui ar. l. 1. §. 1. & l. 3. §. cum igitur, & 3. quæ
ſtio. 3. capitu. fin. ¶ Duodecimo, ſi quis citra ſeruitutem per do-
mum meam aquæductum pertraxerit, poſſum propria auctorita
te illud interdicere. ff. ad leg. Aqui. quemadmodū. §. 1. reſp. 1. ¶ De
cimotertio, fur nocturnus poteſt à quolibet capi: non tamen oc-
cidi, niſi defenſionis cauſa ff. eo. itaque. extr. de homicid. c. ſi per-
58 fodiens. & ca. ſuſcepimus. †¶ Quartodecimò, ſi incendium immi
neat,

## ADDITIONES.

a Voluntate. ¶ Et tunc excōicatus eſſet per Decr. 2. ne cle. uel mo. lib. 6. ¶ Ad-
de ꝙ idem quod Spec. conſuluit Abb. conſ. 84. lib. 1. & ibi uide quid ſi ſunt
in ſtudio de licentia epiſcopi: quomodo monachus agere poſſit ꝯ Abbatē.

b Monaſterij. ¶ Dixit Dama. qui eandem quæſtionem poſuit, & non ſuo.

c Quod ſic. ¶ Secundum Inn. & Hoſtien. ut ſcripſi de reſcr. c. edoceri. ſuper 1.
glo. in prin. à ſup.

d Dicatis. ¶ Hoc reaſſumit infra in ult. col.

e Itē. ¶ Reaſſumit quaſi ad literā uerba Vber. de Bo. uſq; ad uer. itē qđ vult.

f Ferendi. ¶ Id eſt, quòd nomen certum, forte teſtatoris ſibi imponeret, & ibi
etymologizat Accurſius: nomen ſuum dicebat Vber. de Bo. quia malum eſt
inhoneſti hominis nomen aſſumere.

g Exiſtit. ¶ Quo ad quæ cenſeatur creditor. nota. in l. is cui. ſtatim allegat. le-
gatarius autem pro tanto non cenſetur creditor: quia prius decedens non
tranſmittit ad hæredes, C. de caduc. tollen. l. una. §. ſin autem.

h Antiqui. ¶ Per hāc l. ī fi. melius itelliges, ſcilicet qa incertū eſt qđ naſcant.

i §. 1. ¶ An procurator epiſcopi corā ipſo, uel eius uicario, uel delegato cām
epiſcopalis mēſæ agere poterit, uide in Summa Hoſt. & de ſen. & re iud. ſub
rub. de ſent. §. quis debet. ver. ſed nunquid poteſt epiſcopus. & quod ſcripſi
de cenſi. venerabili. ante fi. magnæ gloſſæ. ¶ Adde Old. conſi. 156.

k Hoc. ¶ Formam huius conuentionis vide j. de obli. in prima forma, ibi pro
quibus oibus, &c. Et ad hoc facit quod ſcripſi poſt Inn. & Hoſt. de foro cōp.
uerum in gl. 2. uer. dicunt autem quidam. & quod ſcripſi de ele. licet. 2. lib. ſu
per 4. & 5. gl. ¶ Adde ut per Bar. in l. creditores. C. de pign. Et ad uer. item
fallit. adde pulchrè Pau. de Caſt. conſi. 35. incip. priuſqua –
adde poſt Bar. in d. l. debitorem. Pet. de Anch. conſ. 22.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

neat, poſſum auctoritate propria vicini domũ deſtruere.l. ſi qs.
§.quod dicitur.ff.ad leg. Aquil.ff.de incen.rui nau.l.3 §. quod ait
prætor. In hoc tamen caſu dicunt quidam vicinos debere contri-
buere pro damno reſarciendo.arg.ff.quod vi aut clam ſi alius.§.
eſt & alia.& C.de oper.pub.l.ædificio.ff.ad l. Rho. de iact. per to-
a tum.[a] ¶Quintodecimo, ſi poſt tres denunciationes te inuenero
in domo mea, uel in popina coeuntem cum vxore mea, te ſine iu
dice interficiam: ſi uero loquentem, te capiã, in auth ut lice.ma. &
auiæ.§.his quoque.& § ſeq.col.9.& ff.de adul.pater.& l.quod ait
b lex.& l.marito.arg.contra.33. quæſt. 2. inter hæc veſtra.[b] ¶Sex-
todecimo.curialis ſeu officialis fugiens, ſine iudice capi poteſt.C.
ubi quis decu.vel cohor.l. 1.& in præ.l.generali. ¶Decimoſepti-
mo, permittitur alicui in caſu ius ſibi dicere in odium ſui, & in fa
uorem eius, contra quem vult ſibi ius dicere: vt ff. de peti. hæred.
ſi qd poſſeſſor.§. ſed ſi ipſi. ¶Decimooctauo, uerberatur Iudæus
uel alius qui non poteſt à iudice alias cogi: quia citatus non uult
uenire, ſecundum Ioan. And. in præ.l.generaliter. & in præ. l. nul
c lus.[c] ¶Decimonono in caſu qui eſt.C.lib.12. de metal.l.deuotũ.
59 †¶Sed pone, [d] inuenio pecudem tuam in mea ſegete damnum
d dantem: nunquid illam propria auctoritate capere poſſum, & te
nere, donec mihi ſatisfeceris? Et uidetur quod ſic: nam furem in
furto inuẽtum capere poſſum. Talis enim dicitur manifeſtus. In-
ſtit.de obl.quæ ex delict.naſc.§.furem.nec ex hoc teneor actione
iniuriarum: cum hoc tantum fecerim iuris mei conſeruandi cau
ſa.ff.de iniur.iniuriarum.extra, de elect.cum eccleſia Vuulterana.
nec furti: cum animum lucrandi non habuerim. Argum. tamen
e contra, quod non poſſum.ff.ad leg. Aquil.l.Quintus.[e] Dic, quòd
non poſſum capere, ut teneatur, donec mihi ſatisfactum ſit, qua
ſi loco pignoris: poſſum tamen capere & tenere, donec ſciat do-
60 minus, contra quem agere poſſum.†¶Item excipitur [f] contra lo
f catorem, uel commodatorem petentem rem locatam, uel com-
modatam ante vſum completum.ff.commo.in commodato §.ſi
cut autem extr.eo.c.unico. in fi.ff.loca.ex cõducto.in fi. Exceptis
caſibus, quibus conductor impune repellitur.C. loca.l.2.ff.eod.l.
quæro.§.inter locatorem. in fi. extr.eo.propter. licet aliud ſit in
g precario, quo quis [g] non utitur, niſi quandiu patitur, qui conceſ-
ſit.extr.de præca.c.fi.ff.eo.ait prætor § 1.& l cum precario. ¶Itẽ
repellitur vẽditor, & eius hæres vendicans ab emptore rem, quã
vendidit.ff.de euic l.uendicantem.& ff.de exce.rei ven.& tra l.j.
C.de rei ven cum à matre.C.de reb.al. non al.venditrici. vel etiã
ſi agat ex uendito, antequam res ſit vẽdita, uel tradita, vel ſaltem
oblata. Et etiam excipitur contra emptorem agentem ex empto
priuſquam pretium ſoluat, uel offerat uenditori.ff. de act. emp.
& vend.Iulianus.§.offerri.& §.ex uendito.Inſtit.de re.di.§.uendi
tæ.ff.de contrah.empt.quod vendidi.extra de fide inſtrum cum
Ioannes.prope prin. Vel ſi agatur ex ſtipulatu de euictione priuſ
quam res empta per ſententiam ab eo euincatur. ff. de rei uend.
vtique.ff.de euict.euicta.1.reſp.& §.1 extr de emp.& uend. c.fi.
licet emptor bonæ fidei poſſit ex empto agere contra vendito-
rem alienæ rei, priuſquam res euincatur: ut ff. de act. empt l.ſer-
61 uus, quem. §. fin. † ¶Item repellitur creditor volens conuenire
mandatorem vel fideiuſſorem, uel pignorum poſſeſſorem niſi
prius principalem excuſſerit debitorem.in auth.de fideiuſſ.§ ſed
ne quis.C.de act. & obl. Aut ſed hodie. Idem puto in beneficio
epiſtolæ diui Adriani, & nouæ conſtitutionis, quæ iuuat reos de
bendi, ꝙ ante litis conteſtationem ſit opponendum vt ff.de tute
& rati.di.l.1.§.nunc tractemus.& in authen.de duobus re. Dic ut
ĩ.de excep.§.dicto.uer.quid de exceptione beneficij. Item differ-
tur iudicium, ſi impuberi quæſtio ſtatus moueatur.ff.de Car.edi.
62 l.4.§.duæ.& C.ad Car.l.1.& 2.†¶Illuſtris perſona nõ poteſt age-
re per ſe, ſed per procuratorem.C.de proc.l.pe.& Aut.quod ius.
h vt [h] ſunt cardinales & primates, & tales qui minacem timorem
ſuis aduerſarijs inferre poſſunt: ſed & maiores magiſtratus, & qui
cum eis ſunt, ſicut non conueniuntur, ſic non conueniunt, niſi vſ
que ad litis conteſtationem: & hoc ſi res vrgeat. ff. de iudic. pars
literarum. ff. de off. præſi ſenatus. Quod de temporalibus magi-
ſtratibus intellige, ſcilicet de conſulibus, de poteſtatibus, de præ-
ſidibus prouinciarum, & proconſulibus, & prætoribus, & ſimili-
bus. Præmiſſa uero intellige de perpetuis Horum tamen procura
i tores dicit Bagarotus, [i] admittendos ad inſtar illorum. Et idem
k de illis qui à principe [k] ad certas prouincias mittuntur, quos lega-
tos vulgariter appellamus.ff.de iudi.legatus 2.& l.is,qui. & 1. di.
ius gentium.94.diſtin.ſi quis legat.& dicam ĩ.in tit.de reo.ver.itẽ
conſul Sed quid de maiorib.magiſtratibus? Dic, ut in præ. l. pars.
63 †¶Item tutor & curator durante adminiſtratione prohibentur
ſuo, uel ſuo & pupilli ſimul nomine contra tutorem & curatorẽ
actione tutelæ experiri.ff.de admin.tuto.cum plures.1. reſp. & l.
actus.C.eo l.2.ff.de tute.& ra.diſt.l.niſi & l.ſi tutor reip.§.fi. Sed
tutor & curator uel procurator uel economus depoſito officio
non agunt inuitis dominis directis actionibus durante officio ſi-
bi quæſitis: quia illi, quorum nomine litigauerũt, in ſuis vtilitati-
bus præferuntur.ff.de procur.in cauſæ.§.fi.& l.ſequẽt.& C.quan-
do ex fac tut.uel cur.l 2. Aſſiſtere tamen poſſunt agẽtibus incho
tis: vt ĩ.de tut.& cur.§.generali.ver.item quod his. Sed nec cõue
niri poſſunt, ut dicam ĩ.ti.de reo.ver.item tutor. De hoc no.ĩ.in
ti.de tut.& cur.actor tamẽ procurator petens ſibi ex iudicato ſa-
tisfieri, auditur, ubi dominus nõ eſt ſoluendo.ff.de procur.actor.
64 †¶Rector quoq; eccleſiæ poſt dimiſſam eccleſiam poteſt repe-
tere fructus ſibi ꝑ prędonẽ ſubtractos tempore regiminis, vſque
ad tempus perceptionis ſecundi beneficij: licet perierit actio per
receptionem ſecũdi beneficij: quia debiti ſunt iure actionis C.de
iud.l.1.ff.de eo quod cer.lo.l.3.§.Idem Iulianus.ſecũdum Vin.ut
l ipſe no.ext.de ele.dudũ.2.[l] Et ſepara tos à ſolo: ut nota.ĩ.de fruc.
& ĩtereſſe.§.1.ver.ſed pone.& ſeq. Et uſufructuario per dominũ
eiecto, cogitur dominus ſibi cõſtituere uſumfructum de perditũ.
ff.de ui,& ui ar.ſi plures.§.deiectum. Item excipitur contra acto
rẽ, quod præpoſterè agit, iuris ordine nõ ſeruato: ut ſi prius agit
de proprietate, quam de uiolentia: vel ſi quæſtionem præiudicia-
lem poſt ponit.2.q 1.in primis C.de app.l.1.C.de rei uendi.ordi
narij.C de ĩterdic.l.incerti.C.loc.l.1.& l.oẽs & ff.de iud.ſi de vi.ex
tra, de iud.c.examinata.C de ord.cog.ſi res.& 3.q.11.c.nõ eſt cre
65 dendum.§. aliquando. †¶Item excipitur cõtra uolentem agere
furti uel iniuriarum actione, quòd remiſſa eſt actio pacto, uel trã
ſactione, uel diſſimulatione, uel ꝙ ipſe obiecti criminis eſt inno-
cens ff.de pact ſi tibi decem millia.§.1.& 2.& l.ſi unus ex § ſed &
ſi pactum Inſtit.de iniur.§.fi ff.eod. non ſolum.§. 1. & l.eum qui
nocentem. Arg. contra finale dictum: quia non relatione crimi-
m nis, ſed innocentia reus purgatur.3.q.11.negãda & c ſeq.[m] Item
excluditur agens rei uendicatione, uel noxali actione, ſi reus ne-
get ſe poſſidere ff.de rei uen l.qui petitorio.ff ſi ex nox cã aga.l.
2 §.1.niſi primo poſſeſſor de medio fuerit redargutus ff de nox.
act.l.quoties.§.1.& 2.l.ſi ſeruus depoſitus §.fi. Similique modo ſi
poſſeſſor pignoris negat rem fore eius, cuius actor eam eſſe aſſe-
rit: probata vero actoris intentione, dicit ſe emphyteutam.uel ẽt
iuris poſſeſſorem: oportet à ſe poſſeſſionem transferri prius quã
ſuper iure ſuo audiatur: vt C.q po.in pig.ha.l item poſſeſſor. Sed
& ſi reus debitum confiteatur, & ſoluere ſit paratus: non cogitur
n ſuſcipere iudicium: dt ĩ.in ti.de reo.ad fi.[n] Et iunge hic quod no.
ĩ.de act.ſeu peti §.in anterioribus in prin & § ſequitur.verſi.ſi au
tem velit & ſeq Item in reali actione actoris intentio deuiatur ſi
reus ante litis conteſtationem exhibeat rei petitæ poſſeſſorem.
de rei uen l.is, qui ſe obtulit.& l.ſeq.& l.ſin autem.in princi.& in
noxali ſi oſtendat ſeruum noxoſum, ab alio defendi cum ſatiſda-
tione: vt ff.de nox.act.l.ſi plurimum. Et in cauſa criminali ſi accu-
66 ſatus oſtẽdat criminoſum.C.ad l.Cor.de fal.l.ſi maiorem.†¶Itẽ
excipitur contra actorem de compẽſatione, quæ tamen ſit liqui-
da, & non multis ambagibus inuoluta. Et hoc tam in criminali-
bus, quam in pecuniarijs, quam etiam in turpib. & famoſis ff de
compen in l.j & l.ſi ambo.C.eoden.l.fi.ff ſol.matri.l.viro.ff. de
dolo.ſi duo.C.de libe.cauſa.ſi filium ff.de eo, per quem fac.eſt l.
fi.§.ſed ſi ſtipulatio.ff.ad leg.Aquil.ſcientia.§.cum ſtramenta.ex-
tr.de dep.bona fides.in fi. Item impediuntur agere venditor, mu-
lier, debitor, & dominus de proprietate rei venditæ, uel pignora-
tæ vel in dotem, vel in feudum, vel in emphyteuſim datæ.ff.de re
iudi.l.ſæpe.C de rei ven.doce.& ſ.ver. item repellitur venditor.
Item impeditur actor agere tẽpore quadrageſimæ, ſaltem in cau
ſa cri-

## ADDITIONES.

a Per totum. ¶ Vide quod dicam infra de iureiur.§.2.ſuper ver.ſed pone ini
micitias. Adde, ut plenius per Ang.conſ.197.& ver.5.adde Alex.conſ.13.
cum ſeq. & ibi, quid ſi ſit promiſſa pœna de ſoluendo in tempore:
b Veſtra. ¶ Dic, ut ibi not.
c Nullus. ¶ Alleg.in prin.huius ver.
d Pone. ¶ Adde fuit iſte ver.receptus de Roff.titu.de ac. in factum de paup.
ante fin.
e Quintus. ¶ Per quam legem dicebat idem gl. 1. in Decr. ſi læſerit.de iniur.
& dam.da. ¶ Adde ꝙ Bar.Ro.de Caſt.Inn.& communiter doct.idẽ tenent
in l.hoc amplius.ff.de dam.infect.
f Item excipitur. ¶ Reaſſumit verba Vber.prædicti vſq; ad ver.item repelle
re, qui ſine exce.uerbis Bal.ſub ver.item illuſtris.& ver.rector quoq; & ver.
qui de quadrageſima loqui. ¶ Adde ver.ſeq.item repellitur quæ ſcripſi Ro.
ꝯſi.503.vbi ponit quo intelligatur illa regula, Quem de eui.&c.adde uer.itẽ
repellitur creditor, ꝙ illud eſt uerum, niſi notorie ꝯſtet debitorem principa
lem non eſſe ſoluendo, ut uoluit Bar.in l.decem.de verb.obli.in l.fi.ff. ſi cert.
pet. Bal.conſil 25.& 168.lib.3.& conſ.13.& 23.lib.1.& 55.eodem lib. Abb.
conſ.29.& 72. Pet.de Ancha.conſ.295.& 318. An autem ſaltem requiratur
ſuper hac notorietate ſententia iudicis. Bald.in l.ſi quis.§.habet. ff. de ope.
noui nun.ſed tenet quod ſic. Idem conſuluit Rom.conſi.93.& 211.licet ali-
qui contra in d.§.habet.
g Quis. ¶ Quia mera liberalitate conceditur. Vbert.
h Vt. ¶ Incipiunt verba Bagaroti.
i Bagarotus. ¶ Vbi expreſsi in prin.huius tit.
k Principe. ¶ Vtrobique dixit Bagarotus.
l Dudum.2. ¶ Quod ſcripſi de præb.de mulcta.ſuper uer.habebat.
m c.ſeq. ¶ Dic.ut not.ead.q.in ſumma, ubi diſtinguitur inter accuſationem &
exceptionem.
n Ad fi. ¶ Vbi ponit, quid de confeſſo partem debiti, dixit Vber.

a ſa criminali.C.de fer.l.quadraginta ſed hoc non ſeruatur. [a] Idem
& tempore feriarum,niſi in caſibus ſpecialibus.ff.de fer.l.j.& 2.&
extra,e.c.1. & fi.de dilat.c.fi.& ĩ. de fer.Item repelluntur, qui uo-
cant in ius eos, qui uocari non poſſunt: qui habentur. ff. de in ius
vocan.l.2.3.& 4.reſp.1. & in alijs.ff. de iniur.nec magiſtratibus. in
Authẽ.vt cum de appel. cog. §.pen.& fin collat. 8. Dixi aliquid ſ̃.
67 ver.item quod eſt libertus,& dicam ĩ. titu.prox.†¶Item repelli-
tur,qui cauſam non exprimit in libello.3.q.3. c. induciæ.§.offera-
ratur.extr. de libel. obl.c. fin.Et generaliter proponens actionem
nimium generalem,ſeu ambiguam & confuſam:ĩ.de actio.ſeu pe
ti.§ ſequitur. in prin. & ver. illud quoque. Item proponens con-
trarias opiniones,repellitur.C. de fur.l.1.C.de codici.l.fin.in prin.
C.ſi ſer.ex te.ſe emi man.l.una.extr.de appel. capit.ſolicitudinem.
in fin 74.diſtinct.geſta. Vel diuerſas:& compellitur alteram elige
re,niſi vna ſit alterius præparatoria . vel niſi vna ſit pęnalis ſui na-
tura, & ab initio , altera uero rei perſecutoria , vel niſi hoc faciat
contumacia rei non reſpondentis. ff. de tributo. l. quod in hære-
dem.§.eligere.ff.de legatis ſecundo. cum filius.§. varijs. ff.de con-
di.fur.ſi pro fure.reſpõ.1. ff.de fur.ſi pignore.§.cum furti.ff.arbo.
fur.cæ.l.prima.& l.pen.ff.quorum le.l.prima.§.quod ait.ff. ad ex-
68 hib.l.tertia.Eſt autem perſonalis.†¶Quid ergo ſi deiectus de poſ
ſeſſione fundi vel domus , proponit pro vna parte fundi interdi-
ctum vnde vi , & pro alia triticariam actionem contra deiectorẽ
vel inuaſorem? Videtur admittendus argumen.de vi, & vi arma.
l.1.§.ſi fundus.ext.de probatio.licet. Nam & triticaria contra præ
donem intentatur.ff.de cõdi.triticar.l.1.§. fin. & l.ſeq. Dominus
b tamen Vber. de Bona. [b] dicit contra ſumens argumentum ex ra-
tione legis,quæ redditur in præalleg.§.varijs.Et ad hoc accedit ar-
bor.fur.cæ.ſi gemina.Secus cum partem fundi , uel domus emit à
domino partis , aliam à non domino . Vel ſi una pars domus erat
feudum,alia allodium: quia tunc pro una parte Publicianam,pro
altera rei uendicationem intẽtabit:& pro parte vtilem,& pro par
te,quæ eſt allodium,directam rei vendicationem. argumen.ff.de
publ.l.1 ff.ſi ager uectigal.l.1.§.1.veruntamen ſi conduxit arcam,
& poſtea impoſuit ſuperficiem,qualẽ pro ſolo,talem pro ſuperfi
cie ſoli dominus poterit intentare.ff.de ſuperficie.l.1.§. ait.In pę-
nalibus autem, ſi dantur ex uno facto,oportet alteram eligi : ve-
rũ tamen ſi plus eſt in una,quam in altera,poterit actor ꝑ aliã cõ-
ſequi,quod non conſequitur per eam,quam intentat ff.commu.
l.unde quæritur.& l.præced ff.de act & obl. qui ſeruum. Si uero:
ex diuerſis factis dantur, una non impeditur per aliam: imo pote
runt ambæ in eodem libello intentari:vt furti,pro ſeruo ſurrepto-
& l.Aquil.pro occiſo,ſi ſeruus ſit à fure occiſus:vt ff.de priua.de-
c lic.nunquam ff de regulis iuris nunquam [c] ſuper hoc.vt ĩ. de act.
ſeu pe.§ ſequitur.ver.notandum etiam. Item repellitur , qui ſine
principali reſcripto alium uocat ad extraordinarium iudicem.C-
de iuriſdictione omnium iudicũ,l.in criminali.C. de dila.l.ſi quãa
do.quæ eſt 4.q.3.c.induciæ.§.ſpacium.Item repellitur qui liberti
tem uel aliud ex teſtamento petit contra hæredem ſcriptum, qu
ſuſcipit , uel ſuſcipere ſperat iudicium petitionis hæreditatis , ne
per hanc petitionem hæredi præiudicetur,quoad illud iudicium.
C.de petitione hæreditatis.l.fi.ff eo.l.ſi quis libertatẽ. ff. de actio
ni.& obligationi.qui cum hærede.Item qui facit prępiudicium ma
iori quæſtioni,de minori cauſa iudicium proponendo. ff. de iudi
cijs.l.per minorem.ff de in integ.reſtit.ſcio & 3.q.11 capitu. non
eſt § aliquando & de legib.ibi poſitis.Excipitur quoque,quod nõ
ſatiſdedit. infra titu. de ſatiſdan. §. 1. Item quòd non uenit in ter-
mino,ad quem reum citari fecerat:vnde non audietur , niſi prius
refundat expenſas,& caueat de fideliter comparendo.ext.de do-
lo & cõtum.actor.lib.6.C.de iud.ſancimus.Item quod noluit age
re intra tempus ſibi præfixum. Ad hoc C.de inge ma.l diffamari.
C.de accuſ.Titia.extr.de reſtit.ſpo.frequens.§.ſolet.libr.6. ext de
clandeſtin. deſpon. cum inhibitio.Item repellitur , qui experitur
coram iudice eo quem dedit : ut in concord. quæ ſunt ſupra. de
iud.deleg §.ſupereſt. ver.item ſi velit.Item repellitur, qui promi-
ſit non conuenire reum coram iſto iudice.arg.C de pac.l.pe.extr.
de iud.ca 1.Sed videtur tale pactum non valere ff.eo.l.ius publi-
cum.ſuper quo uide ĩ.de competen.iudi.adi §. 1. verſi. circa hoc
69 quęritur & ſeq.†¶Idem ſi pater coram filio iudice,uel econtrà,
de famoſa actione experiatur:quod dic, ut ĩ.§.ſupereſt. ver.item
ſi maritus Item ubicunque iudex ſuſpectus eſt, uel non poteſt eſſe
70 iudex.quod dic ut in dicto §.ſupereſt. & ſeq †¶Item repellitur,
qui reſtitutionem cauſæ petit coram eo,qui tribunali non præeſt,
vel qui à principe delegatus non eſt.C.vbi,& apud quos in integ.
reſtitut.poſtu.l.fin. uel qui reſtitutionem petit coram minoribus,
contra ſententiam & factum minorum. ff.de mino. l. minor au-
tem.C.ubi,& apud quem.l.1.Item repellitur,qui ſatagit agere nõ
in tribunali, ſed in popina, vel lupanari , uel quouis alio loco. vbi
d more maiorum ius reddi non conſueuit, [d] vel quandoque dictũ
fuerit ff de arbit. ſi cum dies. § penul. ff. de iuſti.& iur.l.fin.& de
iud.ſi locus.C.de dila. a procedente. C. quomodo & quando iud.
§ vt proponis.ext.de reſc.c.fi. Item ſi continentiam cauſæ uelit di
uidere .ff.de iud.nulli. ext.de ſeq.poſſeſ. ca.1.Item ſi ſuper pluri
bus perſonalibus actionibus uelit reum coram diuerſis trahere
ext.de reſcr.c.fi.& c.diſpendia.lib 6.Item reus conueniens uel re
conueniens actorem repellitur : niſi hoc coram eodem iudice fa-
ciat,ut eo.c.diſpẽdia.§.reus.3.q.8.cuius.C.de ſent.& interloc.om.-
71 iud.Auth.& conſequenter.†¶Item filia ſine patris conſenſu au-
dienda non eſt in repetitione dotis:nec econuerſo. ff. ſolu.matr.l.
2.& 3.ubi de hoc.& l.4.& in pluribus aliis legibus. Nec etiam mu-
lier conſtante matrimonio poteſt dotem , vel res dotales petere
ab aliquo poſſidente.C.de collat.l.dotes.C.de rei vend.l.doce.&
de dotis promiſſ.ſi pro te.niſi in caſibus:vt C.de iure do. vbi.& in
Auth.ibi poſita.ext.de conſue.ex parte.C.de rep.l.1.In multis eñ
caſibus deterior eſt conditio feminarum quam maſculorum : ut
e dicam ĩ.de procur.§.1. [e] Quid ſi pater agit actione de dote,& fun-
dus datus eſt ei in ſolutum pro dote, qui poſtea alienauit eum , &
demum ipſe obijt:nunc filia,quæ non eſt hæres,petit fundum:quę
ritur an poſſit? Dic,ut no.C.de rei vxor actio.l.1.& Auth.ſed qua
muis.& de iure do.l.rem.& facit.ff.de collat.do.l.ſi.ff. ad leg.Fal.
pater. ff.qui. mo. pig. vel hypo. ſol. Lucius. Item repellitur,ſi res
quæ petitur ſit præſcripta.C.de conſtit pe l.2. & de annal. except.
l.1.16.q.3.ca.placuit.§ poteſt.extr.de præſc.ſanctorum, & c.vigi-
lanti.& ſe.ca. Item ſi trahat reum clericum coram ciuili iudice in
cauſa criminali , vel ciuili: ſiue trahens ſit clericus ſiue laicus:vt in
ꝯcor.quæ ſunt ſ̃.de iud.deleg.§ fi.prope fi.verſi. item ꝙ eſt laicus.
Item conſors eiuſdem litis , etiam coniuncta perſona , non audi-
tur ſine mandato ante litis conteſtationem: etiam præſtita cautio-
ne:ſed poſt ſic,præſtita cautione de rato.C.de conſor.eiuſdem lit.
l.2.& ſic intelligitur,extra.de conſtitu.cum M.in prin. tam in tex.
f quam in gl.1. [f] & de do.& contuma.cũ dilecti.in prin.Item repelli
tur is,qui non comparuit in termino,ad quem reum vocari fece
rat,donec cauerit,ꝙ fideliter comparebit, & donec expenſas ſol-
g uerit.extr.de dolo & contuma.c.actor. [g] Item qui procuratorem
ad totam cãm cõſtituit,cum quo eſt lis ꝯteſtata:amodo enim ipſe
non poteſt agere , niſi ex iuſta cauſa procurator fuerit reuocatus.
C.de proc.l.procuratoribus.ff.e.l.in cauſæ. & l. ante litis cõteſt.&
h l.ſeq.C.manda.ſi pater [h] Item qui ſe dicit hæredem.repellitur,niſi
i dicat an ex teſtõ,vel ab inteſtato.ff.de ĩter.act.ſi defenſor.§.illud. [i]
Sed ſi dicit ex teſtõ,& altera pars id negat,non tenet incontinen-
ti probare. Sed in proceſſu iudicij probabit , & ei rñdebitur inte-
rim ſuper principali ar.ibi,& ff.e.l.1.in princ.& ĩ. de inſtru. edi.§.
nunc dicamus.ver.ſed quid.Item petenti fundum non rñdetur,ni
ſi eum exprimat per decentes ꝯfrõtationes : uel ſi plures hẽt reus
ſub eiſdem ꝯfrontationibus,niſi ipſum oculo ad oculum, uel digi
k to oſtẽdat. [k] Sic intelligitur ext.de lib.obl.c.2.ff.ſi cer.pet.certum.
ff.de condi.& demon.l.nominatim.ff.de cenſib.forma. & vide ĩ.
m de libel.conce.§.iuxta propoſitionis.uer.itẽ nõ ualet. [m] Itẽ actor,
qui iterum deſerit litẽ,ab omni cadit accuſatione ipſo iure in Au
th.de litig.§.omnes.in ſi Item contra prælatum agentem excipe,
ꝙ nõ fuit electus.43.diſt.in mandatis.23.q.4.tres perſonas & 7.q.
1.Nouatianus.& c.factus.62.di.c.1.& 2.uel ꝯfirmatus.12.q. 2.alie
nationes.ext de ele.qualiter.& c.per inquiſitionẽ.& c.noſtri. & c.
bonæ memoriæ.1.8.q.3.talia.& c.ſeq.Sed & is,qui tanquam præ-
latus agit,debet in aliis mihi rñdere.ff.de re. eo.qui ſub tut.& cur.
72 ſunt.l.qui neque.ar.ext.de iud cũ deputati.†¶Sed pone quidã di
cens ſe epiſcopũ cuiuſdam eccleſiæ in Græcia uel in Barbaria,ꝯue
nit me in curia nomine illius eccleſiæ , cui me dicit obligatũ in cẽ-
tũ:ego dico,Nõ te cognoſco epiſcopũ eſſe:nec in poſſeſſione epi
ſcopatus eſſe: nunquid ante litis conteſtationem tenetur probare
ſe epiſcopũ eſſe,uel ſaltem in adminiſtrationibus ipſius eccleſię in
poſſeſſione eſſe? Videtur ꝙ ſic,in his quæ no.ĩ.de procur.uerſi.il-
lud quoq;.cum alij qui nomine alieno agunt, teneant docere pri
us quam admittantur, ſe legitime ordinatos , puta procuratores.
extr.de

ADDITIONES.

a Seruatur. ¶ Etiam in curia Romana:ut not.15.q. 4. placita. & de hoc ple-
nius ĩ.de fer.in 1.col.
b De bona. ¶ Conſcientia ductus illum nominat:cum tamẽ fere totum, quod
eſt ſuperius,fuerit eius quo ad caſus,hic autem dixit ſui Operis rub.2.in fi.
ubi ad literam habetur totum,quod in hoc ver.ſequitur.
c Nunquam. ¶ Hic eſt finis Vberti de Bona. Sequentes caſus ferè omnes fue-
runt Baga.vbi ſ̃.vſque ad uerſiculum,item contra prælatum.
d Conſueuit. ¶ Nec eſſet clarior.
e §.1. ¶ Dixit Roff.ubi ſ̃.prope fi.ꝙ de iure Lombardo. mulier ſine mundual-
do ſuo agere non poteſt ut in Lombar.rub.qualiter muli.ali. permiſ. ſit.l.1.
Si uidere vis,eſt 10.ru.ſecundi libri.& eo.lib.rubr.2.eſt de illa,quæ ſine uo-
luntate mundualdi ad maritum ambulauerit.
f In gl.1. ¶ Supra uide quod ſuper ea dixi tractando,quando præcluditur uia
huic cautioni,ex quo lis conteſtata non eſt.
g Actor. ¶ Lib.6.& hoc dictum erat ſ̃.ead.colum.poſt verſicul.excipitur.
h Si pater. ¶ De procur.c.2.lib.6.
i §.Illud. ¶ De hoc plene ſcripſi de lib.obl a.cap.2.ſuper uer.quia ſum hęres
k Oſtendat. ¶ Dicit Nepos de Montealbano,ꝙ ſic ſeruatur in diœceſi Tho-
loſa.& Caturcen.ſi reus hoc petat.
l Valet. ¶ In actione reali.

ext.de procu.c.1.Item tutor & curator, ut uideatur ſi eſt datiuus
vel teſtamentarius:& ſi datiuus, vtrum ſatiſdedit, & fecit inuen-
tarium.C.de tuto.qui non ſatiſd.l.fin.C.arbitr.tut.l.veteris. Item
ſyndicus,actor,œconomus, & ſimiles ad hoc tenentur ff.quod
cuiuſque vniuer.l nulli. Reſpon in quæſtione propoſita & ſimili
bus,cum quis agit aut nomine ſuo, aut alieno: ſi ſuo, puta peti-
tione hæreditatis, uel ex iure ceſſo. & ſimilibus, non tenetur an
a te litis conteſtationem oſtendere ſe hæredem [a], uel ſibi ius eſſe
ceſſum: ut notatur, infra, de inſtrument. edit. §.nunc dicamus.
ver.ſed quid ecce.& ſupra.verſic.item qui ſe dicit, ſicut ſi rei uen
dicatione agat, non tenetur ante litis conteſtationem oſtendere
73 ſe dominum.† ¶ Huiuſmodi enim exceptiones, Non es hæres:
non eſt tibi ius ceſſum, non es dominus: ſi probentur, perimũt
intentionem agentis: & ideo litis conteſtationem non impedi-
unt extra.de lit. conteſtation.exceptionis.lib. vj. argum. contra,
ff.famil.erci.l.1.ubi contra proponentem ſe hæredem, & ad hoc
familię erciſcundæ agenti obſtat exceptio, quod non eſt hæres.
Reſp.illud ibi ſpeciale eſt, ne fiat præiudicium petitioni hæredi-
tatis,quæ de ſui natura præcedere debet:ut ibi dicitur. Idemque
dici poteſt in aliis præiudicialibus:ut ſi dicatur actor ſeruus, uel fi
lius conuenti: vt C.de ord.iud.l.1.& 2.Inſtitut.de actio.§.præiudi
